sūt ꝑsuppositio q̄ factū fuerit ꝓbatū: videlz ipsa ꝑmis
sio. Preterea q̄ dicta ꝑmissio licet ꝓbata ꝑ testes in-
telligat̄ cū stipulatōe sic ꝓbat̄. Ratio ꝓre verbū ꝑmi
sit appositū in instrumēto intelligit̄ ꝑ stipulatiōez. l. j.
de ꝓben. stip. C. est. q̄ instrumēta cōficit̄ de voluntate
ꝑtiū. Ratio ꝛdo ꝓre ꝓlatū a teste intelligit̄ sine stipla.
est. q̄ testis inducit̄ ꝓ volūtatē ei⁹ ꝓ q̄s inducit̄. ita di-
cit bar. in. l. j. C. de vsuf. l. sciendū: de ꝛd. ob. Sz in ꝓpo
sito ꝓct⁹ iste de q̄ disputat̄ seu dicta ꝑmissio fuit cele-
brata int̄ dictos testes deponētes. q̄ dī q̄ antoni⁹ ꝑ-
misit iacobo recipiēti ꝑ siluestro: 7 sic ei tanq̄ ꝑcura-
tori siluestri. Et ipsimet ꝓbentes inducūtur in testes.
Et i hoc cōcordāt: videlicz q̄ dict⁹ antoni⁹ fideiussit:
qd̄ verbū importat stipulatōez. l. cū oīdim⁹: in fi. ff. de
fideiuss. cū ꝑfertur int̄ ꝓsentiētes. Sic g̃ si int̄ ꝑdictos
iacobū 7 antoniū fuissz cōfectū instrūmtū de dicta ꝑ-
missiōe intelligeret̄ dictū verbū cū stipla. iō nō ex ꝛdo
te instrūmti: sed ex ꝛdute cōsensus ꝑtiū ꝓsentiētiū il
lud verbū apponi. 7 extēderet̄ dicta significatio nō so
lū ad ꝑdictos duos iacobū 7 ātoniū: ꝫ etiā ad siluestrū
an ex dicto instrumēto obligatio q̄reret̄. 7 boc claruz
est 7 aptū. Jta dicā in ista testificatiōe ipsoꝝ iacobi et
antonij. vt cū in hac cōsentiāt 7 ꝓcordent q̄ extitit fi-
deiussoz 7 ꝑmisit dicta ꝛdba debēt intelligi cū stipula-
tiōe. q̄ eadē rō essz si i instrumēto facto d̄ ipsoꝝ dicta
ꝛdba eēnt apposita. Cōsensus em̄ ꝑdictoꝝ ꝓbentiū de
bet i hoc ꝑiudicare iacobo: cui ex dicta ꝑmissiōe veni
ebat obligatio q̄rēda. ar. l. j. §. j. si q̄s aliquē ꝑ. 7 q̄ no.
ff. de edil'. edic. l. cū mācipiū. vt sic ꝓcludam⁹ q̄ sicut di
cta ꝛdba ꝓlata in instrumēto importāt stipulatiōez ex
tacito cōsensu. ita 7 vbicūq̄ idē cōsensus reꝑitur: vt ē
in ista testificatiōe. Si ꝛdo dicta ꝑmissio reuocet̄ in
dubiū an sit ꝓbata vel nō: 7 ꝑ cōstanti nō ponat̄. tūc
restat terci⁹ casus 7 pūct⁹: videlz an ꝑ testificatōes ꝓe
dictoꝝ iacobi 7 antonij sit ꝓbata. Et vt audio dī q̄ n̄
q̄ dict⁹ antoni⁹ testificaret̄ i causa ꝓpria: cū ex boc cō
seq̄tur liberatōem. Nā boc ꝑsuppositio seq̄tur q̄ solu
tio facta cedit in causaz isti⁹ debiti. ꝓpt̄ qd̄ taz ꝑnci-
palis q̄ꝫ fideiussoz remanent liberati. g̃ ꝛc. C. de testi. l.
oīb⁹. Sz aduertēdū q̄ hic ē vna magna fallacia. Nā
qd̄ dixi ꝓcederet: si dict⁹ siluester assereret dictū anto
niū obligatū ad dictū debitū: 7 ipe antoni⁹ testificaret̄
in oppositū. s. vt appareret liberat⁹. At i ꝓposito silue
ster negat antoniū vnq̄ꝫ fideiussisse vl̄ vnq̄ꝫ obligatū
fuisse vl̄ esse. Jgitur nō pōt boc dicere: videlicz q̄ di-
ctus antoni⁹ testificetur ꝑ sua liberatōe. q̄ sibi ꝑi ꝓna
tur. C. de codicil. l. fi. Nā ex eo qd̄ q̄s negat se fundare
nō pōt. vt no. bar. in. l. x. de ꝛd. ob. 7 de his q̄b⁹ vt i dig.
l. post legatū: facit qd̄ no. Jnno. d̄ excep. cū venerabil'.
sed iste negat obligatōez antonij. g̃ nō pōt se in ea fū-
dare. dicēdo q̄ testificatio ei⁹ tendit in derogatōez ob
ligatōis. Preterea dicta testificatio poti⁹ tendē pōt i
dānū testificātis q̄ꝫ in ei⁹ vtilitatē. Nā ea nō facta cuz
dict⁹ siluester asserat eū nō fideiussisse vl̄ obligatuz nō
esse nullū dānū posset cōsequi. ꝫ ea facta pōt cōsequi.
q̄ possibile est q̄ ea nō obstāte, pnūciabitur solutōem
illā nō cedere in istā causaz: sed i vetustiorē: cū possint
subesse alie cause q̄ hāc inducāt. 7 sic dict⁹ antoni⁹ ra-
tiōe sue cōfessiōis remanebit obligatus. igitur nō ꝑ se

sed ꝓtra se potꝰ testificat'.ergo est ei credendū potissime.qꝛ de facto suo agit'.l.cū pbatio. ff.de ꝓba. Ex q̄bus ꝓcludo q̄ in quācūq; ꝑte nos flectam⁹:sp reperimus iusticiā dicti talozi clarā 7 manifestā:7 ꝓ eo ꝓnūciari debere. Sz ꝫ p̄dicta obijcit ꝑ alterā ꝑtē. Nam p̄suppositis oibꝫ p̄dictis:ꝓ veris tñ ꝓficere nō videt talozo:qđ sic oñdit'. Siq̄ obligatio fuit q̄sita ꝫ talozum 7 antoniū dicto siluestro fuit acq̄sita ꝑ illū negocioꝝ gestorē videlz iacobū.et sic req̄rebat' ratihabitio siluestri.l.si ego.7 qđ ibi no.ff.de neg.gest.Sz siluester nō repit' ratificasse obligatōez dicti antonij fideiussoris:īmo exp̄sse eā reprobat 7 reprobauit:7 negat.ḡ nō p̄t dicti ꝙ hoc debitū habuerit fideiussorē. Nec ob. si dicat' ꝙ ipe descripsit ambos ī libro suo ꝓ debitoribus:7 sic videt' ratificasse.qꝛ liber ī illa ꝑte nō fuit product⁹ in iudicio ꝑ siluestꝝ.ꝫ in alia penit⁹ diuersa. Itē p talozū in illa ꝑte videt' ꝓduct⁹ vt apparet ex sua ꝓductōe.qꝛ ꝓdurit ea q̄ ꝑ siluestꝝ fuerūt ꝓducta inq̄ntuz ꝓ se faciat. Sz ꝑ siluestrū sola illa ꝑticula ꝓducta fuit:in q̄ apparet d̄ alio debito.7 nihil in ea ꝫtinet' qđ faciat ꝓ talozo.igit' ꝛc. Preterea nō apparet ꝙ iudex viderit illā ꝑticulā libꝛi in q̄ predicti ambo erāt descripti. Igit' fuit excusat⁹ si credidit hoc debitū puꝝ 7 sine fideiussiōe cū sibi nō ꝫstaret de aliq̄ fideiussiōe. Sz ad p̄dicta rn̄deo ꝙ nō obstāt. Nā ꝙ dictū debitū de quo agit' fuerit ꝛctū cū fideiussore ꝫstat ex depositōe dicti iacobi negociorꝝ gestoris.et dicti ātonij fideiussoris q̄ facit optime fidē 7 ꝓbat ꝓfecte. Ex quo tollit' ꝙ vltio allegat':videlicz ꝙ iudex ignorabat istd debitū hꝫe fideiussorē.īmo sciebat cū ex actis corā eo factis hoc cōstaret q̄ vidisse p̄sumit':vt.l.ꝓperandū.§.7 siq̄dez:circa fi.ff.de iudi.7 ar.ff.de trās.l.nō est ferēd⁹. Et notandū ꝙ dicta obligatio tā p̄cipalis q̄ fideiussoria stati fuit ꝓfecta ī p̄sonā iacobi negociorꝝ gest.eoip̄o ꝙ fuit ꝛcta cui iacobo fuit q̄sita obligatio ꝫ vtrūq; quā cedere habebat siluestro.ff.de le.j.l.hmōi:ī p̄n.7 qđ ibi no.

Solū restat tollere illud qđ ꝓmo loco dixi.videlz ꝙ dict⁹ siluester nō repit' ratificasse dictā obligatiōez fideiussoriā.ḡ nō fuit ꝛcta.Sz ad hoc subtilit' et duplr rn̄det'.Primo ꝙ illa ratificatio nō ē ī casu nr̄o attendēda.nec ī aliq̄ dz ꝫsiderari.nec fuit necessaria:qđ ꝓbat' sic.tūc em̄ est d̄ illa tractādū cū queritꝰ de acq̄sitōe d̄nij vl' possessiōis acq̄rēdi vl' acq̄rēde ꝑ negocioꝝ gestorē. illa em̄ 7 illud nō hz radicari in ip̄o negocioꝝ gestore: ꝫ imediate transitū facere in illū ꝑ quo acq̄rit' l.j.C.d acq̄.pos.vñ ꝫsensus negociorū gestoris nō ꝑficit acq̄sitōem quousq; ratificet' ꝑ illū ꝑ quo acq̄ritur:cū hoc nō agat' vt acq̄ratur ipsi negocioꝝ gestori:ꝫ dño. At ipi dño q̄ri nō p̄t anteq̄ ratū habeat:ideo acq̄sitio ē interim in pendēti:7 dñiū a tradēte nō recedit.7 hic ē casus cū ibi no.in dicta.l.si ego:de neg.gest.Sz obligatio ꝑsonalis ꝑ ꝓcuratorē vel negociorꝝ gestorez q̄sita ꝑficit' ex ꝫsensu ipius gestoris. qꝛ in p̄sonā ipius ꝓmo loco acq̄ritur 7 radicat'.vt.l.q̄cūq; gerim⁹:de ac.7 ob.7 ꝑ ip̄m hz cedi dño.l.pos.quaq;.§.et si ꝓmo.7 ibi no.de acq̄.pos.vñ 7 cessa p̄ncipali simplr videret' cessa etiam fideiussoria.ar.C.d ac.7 obl'.si a creditore.7.l.si insolidū. Et no.in.l.si pigꝛi:famil'.her.licz siluester ignorasset fideiussoriā.qꝛ trāsiret in ꝓnaz prin.nō rōne ratihabitōis:cū ex ratihabitōe p̄dicta nō sumpser⁹ fundamentū 7 suū esse:sed ex ꝫsensu gestoris vt dixi. Sive ḡ siluester p̄tendat obligatōem sibi cessaz:sive p̄tēdat alio modo q̄sitā:oportz ꝙ asserat eā sibi q̄sitā cuz causa sua 7 sua ꝓditōe.7 eo modo quo fuit ineſſe.producta.s.cū fideiussore.7 cū causa durioꝝ q̄ ex ipa fideiussione assumpsit.ar.ff.de manumissiōi.gay⁹.ḡ est impti nens tractare de ratihabitōe ī casu nr̄o. Secūdo ad idez rn̄deo.7 dico ꝙ cū obligatio taz ꝫ p̄cipalez q̄ ꝫ fideiussorē statim in p̄sonā iacobi fuisset ꝑfecta:etiam anteq̄ siluester sciret vel ratū haberet.7 hoc ad vtilitatem dicti siluestri cui erat cedēda reputabat' dict⁹ tozus debitor dicti siluestri,ꝓpter hoc solū ꝙ siluestro cedēda erat actor ꝫ eū:licz ad hoc cessa nō esset:7 licet reuera debitor non esset.qđ ꝓtz.qꝛ siluester poterat cū liberare 7 ante cessionē:p̄m ꝙ ꝫsuluit bar.i.l.apud celsum.§.mādauī:de voli excep.7.l.mulier.§.fi.de iur̄ do. 7.l.idemq;.§.si cui.ff.man.tūc dico sic. Ex quo dictus tolozus ꝓpter obligatōem q̄ tenebat' iacobo ꝓ siluestro:reputabat' debitor ip̄ius siluestri.ergo necesse est dicere ꝙ eo modo 7 forma cēsebatur debitor siluestri quo erat debitor iacobi ꝓ eo siluestro:cū omne qđ ad aliq̄d refertur ꝫtinet':intelligit' cōtineri in referente.l. asse.toto.de here.insti. sed quo ad iacobū dict⁹ tolozꝰ erat debitor ī ista forma cuz fideiussore: vt ꝑbatū est. Et si solui⁹set ipsi iacobo ꝙ potuisset in istā causaz tā q̄ in durioꝝ cessissz solutio. si alie cause quib⁹ esset obligat⁹ iacobo nō hꝫent fideiussorē. Igit' 7 eodē mō solūdo dicto siluestro cui⁹ ex p̄sona dicti iacobi debitor censebat'. Nā eoip̄o ꝙ obligatio fuit ꝛcta 7 ꝓfecta in p̄sona dicti iacobi debitor iussore debitū istd censebat' esse duri⁹ seu durioꝝ cautsam hꝫe tā respectu ip̄ius iacobi cui vere tenebat' q̄ respectu siluestri cui censebat' teneri fictōe iur̄.etiā an aliquā scientiā vel ratihabitōem siluestri. Nā et si ratus nō habuisset:remāsissent ambo obligati.vt ar.l.absentis.C.si cer.peta. Soluēdo igit' simplr cū interesset ip̄i us ī durioꝝ causaz cedere:dico ꝙ cedit in hāc causaz tā respectu iacobi q̄ respectu siluestri. Jam enim erat astrict⁹ talozꝰ isti iacobo ad istud debitū cū fideiussore 7 sic duri⁹. Luz ḡ solueret siue iacobo recipienti ꝓ siluestro:siue ip̄o siluestro ad quē finaliter debebat venire 7 cui⁹ censebat' debitor:videt' in istā causaz potuisse soluisse.qꝛ magis sua intererat.7 qꝛ electio primo loco ad eū spectabat.7 p̄sumit' voluisse magis ī hāc.l.j.d solu.7 hec est res vigētissima 7 vera. Et sic sequit' cōclusio p̄fata:videlicz ꝑtes iudicis ei fuisse ī absoluēdo dictū talozū.et si aliter fecit:male 7 iniuste fecit.

Consilium.LXXXII.

Confessio priuator̄ an p̄iudicet fisco.

Nchristinomie Jmē

Visis his q̄ su⁹ pi⁹ allegāt 7 scripta sunt per reuerēdissimū in xp̄o p̄rem et d̄nm:d̄nm archiep̄m in auxiliū 7 defensaz istoꝝ d̄nici 7 thebaldi ab inq̄ pcti one dicti ser vluerij.q̄ ex ꝓpositis 7 narratis fidē quā p̄dicti 7 ipsorū pater habuerūt de ip̄o fm veritatem dines 7 ꝫiecturas infradicēdas:q̄ ꝫsciētiā vniuscuiusq; discreti hoīs hꝫent mouere:verti aut verter' ꝫmina tur in p̄fidiā. Occurrit post dubitatio ꝫ eos.qꝛ posset dici ꝙ licz ꝫiecture supꝛatacte videant' ꝫcludere q̄tū ad p̄iudiciū fiendū fisco cui dicta ꝫcessio inter alios facta p̄iudicare nō potuit.ff.ad vell'.l.seya mācipia:ī p̄n. in aut'.de eq̄li do.§.primū q̄dez illud.vbi.sin aūt multi er. Et qđ no.Ly.C.de iur̄ dot'.l.vbi adhuc.in.xij.q.et qđ no.in.l.repetita.C.de fide instru.7.C.q̄ poti.ī pigba.l.assiduis:in pua glosella:q̄ dicit data nō ꝫfessata. 7.l.sigꝫ post hāc:de bo.dāna. Sz p̄sumit' facta fuisse ī fraudē fisci potissime.qꝛ facta fuit post cōmissuz crimē 7 post inchoatū ꝓcessuz in q̄stiōis ꝫ eū iuxta plene no. ꝑ doc.in.l.post ꝛctū.ff.de dona. Nōn tū videt' ꝙ ꝓcludant q̄tū ad p̄iudiciū ip̄oꝝ ꝓfitentiū.qꝛ nō videntur posse venire ꝫ ꝓpriā cōfessionē ꝑ iura in prin.ꝓcedentis cōsilij allegata:nō manifeste ꝓbetur ꝙ fuerint fictitia.ff.quib⁹ 7 a quib⁹.l.si marit⁹.§.fi.ad qđ videt' reqri vt ꝓbetur ꝙ ab ip̄o initio ita fuerit actum inter eos

antecꝫ ꝓuenirent ad ꝓfectõez dicti instrumẽti ꝑ.l.iiij. §.si ab ignoto.ff.de manu. q̃ hic nõ apparet. Et sic de falsificatõe ꝛ simulatõe nõ apparet manifestissime: put videt reqrere dicta.l.si marit⁹:q̃ ad hoc ꝓsueuit allegari.vñ videtur ei standũ q̃tũ ad p̃iudiciũ ipoz ꝓfitentiũ. Nã oĩa que dicunt ꝑ doc.in.l.post ẽctũ loquũtur sine dubio q̃tũ ad p̃iudiciũ fiendũ fisco. naz facit ad p̃iudiciũ tanꝫ facta in fraudez ei⁹ ꝛ ꝓfitẽtib⁹ sic q̃si ꝓsumatur quo ad eos vera ꝛ nõ ficta: nisi euidẽter ꝓbetur ẽriũ: pbãdo q̃ ita fuerit actuz inter ptes q̃ dicta cõfessio fieret apparẽter ꝛ nõ existenter. C.pl⁹ vale re q̃ agitur: ꝑ totũ.ff.ꝺ re.iuꝛ.l.imaginaria. ꝛ.l.nuda. C.de ẽben.empt. iũcta.l. iiij.§. si ab ignoto. de manumiss. Nam ꝛ aliquis ẽctus põt esse fact⁹ in fraudẽ fisci vel tercij creditoꝛis ꝛ tñ nõ esse imaginari⁹ fict⁹ seu sĩla tus: sed ver⁹ ꝛ validus de se. ꝛ tũc ipe ẽbens nõ põt petere ipm rescindi: allegãdo q̃ ipm fecit in fraudẽ alterius. C. de ser.pi.da.ma.l.si creditoꝛib⁹: de reuo.dona. l.cũ ꝓfitearis. sed ille tñ in cui⁹ fraudez factus est. Sic in titulo.ff.q̃ in frau.credi. ꝛ insti. de acti. §. Jtẽ si quis in fraudẽ. Et põt etiã nõ esse fact⁹ in fraudez alicui⁹ ꝛ nihilomin⁹ esse ẽctus simulat⁹ ꝛ imaginari⁹. q: partes egerũt q̃ fieret apparẽter et nõ existẽter ꝓpter aliquã causam effugiendã. ꝛ tũc talis ẽctus de se esset null⁹ et nõ indigeret ãnullari ꝛ retractari eo modo quo ĩ casu ꝓcedenti: nisi q̃sit⁹ de facto ꝓcessisset. Sz indiget declarari null⁹: iuxta no.in.l.q̃ sub ꝓditõe.§.fi.ff.de ꝓdi. insti. ꝑ bar. ꝛ tũc talis simulatio posset allegari etiã per ipm ẽbentẽ ꝛ peti hoc declarari. Et hoc est q̃ voluit bar.in dicta.l.post ẽctũ: in.iij.coll. ꝛ in quodã suo cõsilio q̃ incipit: petrus nicole. vbi dicit q̃ nõ põt q̃s dicere ẽctũ suũ fuisse factũ in fraudẽ. sed bñ potest dicere ipm fuisse ꝛ esse imagina. ꝛ simulãt. Cum igitur ista sint diuersa possint simul stare q̃ in casu nostro ẽctus iste societatis fuit fact⁹ in fraudẽ fisci ꝛ metu future cõdemnatõis ꝛ nihilomin⁹ fuerit. ꝛ sic ver⁹ nõ simulatus. Jtẽ cũ dicẽdo in casu nostro ipm fore simulatuz: fundent se in hoc q̃ fuit fact⁹ in fraudẽ fisci ꝛ hoc vltimuz dicere nõ possunt: vt ĩ iuribus supra allegatis. q̃ nec priuz. ad q̃ ꝓuenire voluit isto ꝓhibito mediãte. ar.ff. de spon.l.oratio. q: idez debet esse iudiciũ de cõueris.l. eũ actũ.ff.de neg.gest. extra de ꝓsti.c.trãslato.ff.de libe. lega. si is q̃ cũ pluribus: cũ sy. Sz his nõ obstãtibus dicẽdum est ẽriũ. Nam sciendũ est primo q̃ est dare tercium casuz. s. q̃ ẽctus fuerit fact⁹ in fraudẽ. ꝛ q̃ etiã fuerit ꝛ sit fict⁹ ꝛ simulat⁹. et ita fuit in casu nr̃o. q: p̃dicti inq̃siti volẽtes fraudare fiscũ simularunt facere q̃ decuera nõ fecerũt. ꝛ apparẽter fecerũt ꝛ nõ existẽter. vnde admittũtur ad allegandũ simulatõem etiaz ꝑ viam agendi ꝛ ad petẽdũ declarari se nõ teneri: ꝛ a dicto instrumẽto se absolui. ff. de fideiuss. si ꝓtẽdat. de libe. leg. l. aurel⁹. §. centũ: cũ ibi no. ꝛ. l. iij. §. nũc ꝺ effectu. de libe. lega. ꝛ q̃ ꝺ. no. in dicta. l. que sub ꝓditõe. §. fi. ff. ꝺ cõdi. isti. ꝑ bar. Et p̃nt etiã allegare q̃ fuerit fact⁹ ĩ fraudem fisci: deducẽdo istud ꝑ modũ cause hoc modo: videlicet q̃ ideo est simulat⁹ q: nõ fuit fact⁹ ex eo q̃ ptes ita egerint reuera seu q̃ ita fuerit. s. q: voluerũt fiscuz fraudare. Et p hoc nõ ob.l.cũ ꝓfitearis. ꝛ.l. si creditoribus supra allegate in cõtrariũ. q: ibi sola fraus allegatur. nõ aũt simulatio vel nullitas ẽctus. hic ꝟo allegatur simulatio ꝛ nullitas. Et hoc secũdũ p̃missuz tra bit ad se aliud ꝓhibitũ. ar.l.is q̃ duos.ff. de lib.leg. Restat rñdere ad id q̃ ꝺictũ est supra in ꝓtrariũ. s. q̃ sĩla tio debet manifestissime ꝓbari q̃ hic fieri nõ põt. sed rñdetur q̃ imo fieri potest. Nã cũ simulatio de sui natura nõ possit liq̃de ꝓbari. q: nõ adhibent⁹ testes neq̃ niant in lucẽ ꝛ detegat⁹. q: sic nõ ꝓdesset aduersus fiscum. Et ipi agebãt vt ꝓdesset. put in similib⁹ no. in.l. si cũ excep. §. in hac. ff. q̃ met⁹ cau. ĩ glo. sup ꝟbo ignorantiã. Sequit q̃ ad ipam ꝓbandã admitti ꝛ sufficere ꝺebent ꝛigentes ꝛ veri simules cõiecture. ff. ꝺ re mili. l. non oẽs. §. a barbaris. Et q̃ ꝺ no. Ly. in. l. j. in fi. C. de fisca. et de iniurijs: si nõ cõuicij: in prima oppinione. ꝛ q̃ ꝺ no. glo. in. l. qui lib. de secũ. tabu. in. l. j. in fi. C. ꝺ ꝓba. ꝛ in. c. ꝓterea: ꝺ testi. ꝛ q̃ ꝺ no. Jnno. in. c. cũ officij: de testa. Probatões eĩm debẽt fieri ꝛ requirunt⁹ ꝑm sb iectã materiã. l. ꝓsensu. C. de repudi. §. seru⁹: ibi quonia nõ facile ẽc. q̃ ꝺ no. bar. in. l. si q̃s: in fi. C. vñ vi ꝛ. l. luci⁹: de infami. ꝛ bal. in. l. nõ hoc. C. vñ cog. ne veritas peat cui sp locus esse debet. l. fi. in fi. ff. de ꝓba. de iureiur. l. iij. §. fi. vñ ꝛ dolus ꝓbat⁹ ꝑ indicia. C. de dolo. l. dolum. q̃m aliter liq̃do nõ potest ꝓbari. facit q̃ ꝺ no. Joan. in dicto. c. ꝓterea: de testi. sup ꝟbo iuratoꝛũ. Probatiões aũt q̃ fiũt ꝑ vrgẽtia indicia ꝛ ꝓbabiles ꝓiecturas dici p̃nt manifestissime. l. si tutoꝛ: cũ ibi no. C. ꝺ periculo. tuto. de le. j. l. licz impatoꝛ. ꝛ sic nõ ob. l. si maritus ff. qui ꝛ a quib⁹. Nũc g̃ in casu nr̃o plures veri simules ꝓiecture q̃ dicta cõfessio fuit simulate facta ꝛ nõ cõtinet ꝟitatẽ: quaꝝ vna resultat ex ptẽ. q: facta post inchoatã inquisitiõem ꝑ eos ex q̃ certi q̃si erãt debere cõdemnari ꝛ ꝓdere oĩa bona. Alia ex loco. quia venetijs vbi aufugerãt ꝺ padua: ꝛ erãt quodãmõ in exilio. vñ nõ est credendũ q̃ dict⁹ ser. vliueri⁹ fuisset ita fatu⁹ q̃ stantib⁹ p̃dictis in illis terminis impediuisset se cuz eis ꝛ posuisset in manib⁹ eoꝛũ suas pecunias: cũ illa eẽnt sibi nota. Et ad istud credentiũ ratio naturalis deberet vnũquẽqꝫ mouere q̃. p. l. habet. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de execu. tuto. Jtem resultat tercia p̃sumptio ex his q̃ secuta sunt. q: postcꝫ reuersi sunt paduã ꝛ rebabuerũt bona: p̃fatus ser vliueri⁹ stetit ꝑ ãnos. xx. q̃ nihil dixit. Non aũt est veri simile q̃ tantũ tacuisset si re uera suas pecunias illi tradidisset. ar. ff. de ꝓba. l. pcula. tacuit g̃ ꝓsciẽtia ductus. Nũc ꝟo cũ pedẽ habeat ĩ fouea ꝓdidit ꝓscientiã: ꝛ plus timet ptales minas filiorum q̃ eterna supplicia ꝛ diuinos terroꝛes. Suadet ꝛ quarta cõiectura. q: nõ interuenit pecunia manualiter ꝓut etiã notari⁹ attestat⁹. ꝛ coĩter q̃ tales ẽct⁹ fiũt pecunia minat⁹ in p̃ntia notarij. ꝛ de ipsa numeratõne notarius attestari⁹. vnde facilius resultat p̃sumptio ẽ talẽ simplicẽ ꝓfessionẽ. ar. coĩter accidẽtib⁹. C. de arbi. ꝛ. l. j. ꝛ ibi no. Cõcludit g̃ q̃ ex p̃dictis licet non directo ꝓbantib⁹: tñ sufficiẽter adminiculãtib⁹ resultat ꝓbatio simulatõis vt saltẽ vna cũ iuramẽto debeat a cõtentis in dicto instrumẽto ꝓfessiõis absolui. ꝛ cõfessio simulata declarari. extra de succes. ab intesta. c. fi. nisi ꝑ ptẽ aduersaz aliter ꝓbetur veritas rei. ꝛ dicto instrumẽto fides fuerit apposita: ẽ q̃ ꝺ militãt ꝓsumptões p̃dicte. C. de ꝓba. l. penul. iũcta. l. cũ falsa. ꝺ iuꝛ. ꝛ fa. ig̃.

Consilium. LXXXIII.

Cõfessio extra iudiciũ et ꝑti absenti nõ inducat exceptõem. Et ꝓfessio cedẽtis an noceat cessionario.

Nchristi nomie Amẽ

Ad id de quo q̃rit⁹ satis clara ptz rñsio de iure videlz q̃ etiã si dicti testes nõ essent singulares: sed ꝓtestes. ꝛ ꝓbarẽt id sup quo deponũt: nõ tñ relenãt ꝓducentẽ eos duab⁹ rõnib⁹. Prima q: ipsi deponũt de ꝓfessiõe tñ dicti capl'i primi cessionarij: ꝛ secũdo de cedentis facta in articulo mortis. et absente pte q̃ nũc est rea ꝛ nemie ꝑ ipa recipiente. ꝛ sic fuit ipo iure nulla: ꝛ nõ ꝓbant pl'e liberatõez etiã si multi testes ꝑ ea deponerẽt. l. certũ. §. si q̃s absente. ff. de ꝓfes. q̃ licz loq̃tur in cõfessiõe iudiciali: locũ hz etiã in extraiudiciali. vt ptz ex no. ꝑ glo. in. l. cũ indebito: in fi. ff. de ꝓba. ꝛ ꝑ bar. in l. vnica. C. de cõfes. ĩ secũda q̃stiõe p̃ncipali quicq̃d dixerit pe. vt refert Ly. in. l. generaliꝛ. C. de nõ nu. pecu. ꝛ idem bal. Nec ob. si dicat q̃ illꝺ est verũ q̃ ꝓfessio tendit ad obligandũ. Si ꝟo ad liberãdũ tũc ex cõfes-

sione facta pte absente acquirit' voli exceptio. put est glo. or. in l. nō solū. §. liberatiōis verbo. ff. de libe. lega. Sed rñdeo q̄ illa glo. nō est vera. 7 glo. p̄ria q̄ est in. l. idē in duob'. ff. de pac. 7 illā tenet bar. 7 aliā q̄ est in. §. si liberatōis verbo: reph̄endit p multas rōnes ibidem. Et etiā in dicta. l. vnica. C. de p̄fess. in secūda quest̄iōe p̄ncipali. Secūda ratio q̄re nō releuāt dicti testes ē. q; posito q̄ dicta cōfessio esset valida de se: q; ps altera fuisset p̄sens. nō tñ potuit p̄iudicare illi cui ip̄e cesserat vel habēti causaz ab illo cū illis esset ius quesitū. p cessionē. ar. l. si ptez. §. fi. ff. quēadmo. serui. admit. 7 no. bar. in l. facta. §. si beres. ff. ad treb. nisi cessio fuissz facta ad p̄modū cedentis. 7 ad ip̄m foret cōmoduz reuersurū. vt no. in. l. fi. C. d̄ pcu. p Ly. 7 no. in addi. spe. ti. de cessi. act'. §. j. i addi. q̄ incipit Bui. de suza. Nec ob. statutū q̄d vult posse p̄fessionē ꝓbari p tres testes q; debet intelligi de p̄fessione valida: 7 de illa q̄ soli cōfitenti nō alteri nocet. l. seya: in p̄in. ff. ad vell'.

Consilium. LXXXIIII.

Confessio facta inter te 7 me an noceat alteri vel p̄. sit. Et cōfessio reiterata q̄d operetur. Et an instrumentum inter te 7 me fidē faciat inter alios.

Juus de bellais accepit in vxorē dñam dorotheā: 7 nō apparet aliter de instrūmēto dotis nisi p istū modū infrascriptū. Primo q; p̄dict⁹ iuus fecit diuisionē cū fratrib' suis de bonis eoz in sentētia arbitrali p omnes ip̄os fratres approbata: declaratū fuit franciscū frēm ip̄ius Jui dare debere Juo siue b. filie et heredi dicte cuiusdā dnē dorothee vxoris dicti cuiusdā Jui libras ducētas Jui p dote ip̄ius dnē: cui frāciſco dict⁹ Juus ex testamēto successit. Jtē q̄n dict⁹ Juus decessit in suo vltimo testamēto reliq̄t dicte b. legatū tenoris infrascripti videlicet. Jtē reliquit dict⁹ testator iur'. restitutionis suprascripte dñe b. filie eius legitime 7 naturali: et olim filie etiā legitime 7 naturali cuiusdam dnē dorothee olim ip̄ius testatoris vxoris libras centū si 7 inq̄n tum ip̄a nō exigat. nec petat aliquid aliud ab heredib' suis occasiōe dotiū dicte cuiusdaz dnē dorothee olim ei⁹ matris q̄ puenerūt penes ip̄m testatorē. modo petitur in bonis dictoz frāciſci 7 Jui fratrū p dictaz b. vt heredē dicte cuiusdā dnē dorothee dicta dos. Opponit' p heredes dicti Jui q̄ sibi nō ꝓpetit vlla actiō petendi. q; nō ꝓstat de dicta dote p instrumentū. et q̄ ex p̄dictis nullū ius dicte b. quesitū est. q; nō erat p̄p̄hensa i ꝓpromisso a q̄ dicta sentētia emanauit. Petitur q̄d iur' dña dorothea vxor Jui de bellais decessit marito supstite. 7 A. filio ei⁹ masculo 7 b. femīa fratribus infanti de relictis decessit. postea in infantili etate A. nec vnq̄ apparet q̄ p̄ eius hereditatez dicte dnē dorothee p̄ pte dicti A. adierit: 7 mortuus est. Petitur nūc p̄ pte dicte b. tota dos et hereditas materna nunq̄ addita fuit. Opponit' p̄ pte hereduz dicti Jui portiōem q̄ obuenire poterat dicte b. deuolutā esse ad dictū quondā Juū: 7 p ꝓsequēs eos heredes. maxime q; nō expediebat q̄ hereditas dicti A. adiret' p̄ p̄iem. q; in infantili etate decessit. Petit' quid iur'.

In christi nomie Amē

Q̄ p̄fata sentētia arbitralis nō ꝓbet datiōem dotis factā p mulierē tanq̄ lata inter alias personas 7 sic alteri nō debeat ꝓdesse videt' determiari p Ly. C. ad vell'. l. antiq̄. in. ij. q. 7 in. l. desidenū. C. de posi. in q̄bus dicit q̄ instrumentū p̄fectū inter me 7 titū nō p̄bat aliq̄d in fauorē tercij: licet illud ꝓtineat' in instrumento. p. l. fi. C. de interroga. act'. ad q̄ etiā bene facit q̄ no. in specu. loca. §. nūc ꝙro aliq̄. ꝙsi. l vij. cū se. 7 de iustru. edic. §. restat. ꝙsi. 7 breuiter. Jtē bar. in. l. admō nendi. ff. de iureiur. circa mediū. in ꝙsi. Jtez q̄ro q̄d si instrumentū publicū. mouet istā q̄stionē ad lram. l. de instrumēto ꝓfecto inter fratres diuidētes bona cōmunia. in quo cōtinet' q̄ alter alteri restituit certā quātitatē quā ille a quodā tercio recepit mutuo 7 expendit in bonis cōmunib'. et tenet tale instrumentū q̄tū ad illud terciū nō facere plenā fidē vt ex eo possit se fundare ad repetendū mutuū: sed dicit facere semiplenā tā q̄ ꝓfessio facta pte absente. c. fi. de succes. ab intest. et no. i. l. capite q̄nto: de adult'. 7 sic si quātitas essz pua sufficeret ad faciendū deferri iuramentū in defectū p̄batiōis. sec⁹ si est magna: vt in casu nr̄o ꝑm no. p eūdez bar. in dicta. l. a diuo pio. in fi. ff. de re iudi. Idem dicit bal. in ꝓfessiōe facta in vltima voluntate pte absente. C. de furt'. l. j. in. vj. coll'. Breuiter ego repio bar. consuluisse in p̄p̄ijs terminis in ꝓsilio q̄d incipit: factū sic se habet. Q̄d si instrumēto diuisiōis facte inter maritum 7 fratrē ei⁹ ꝓtinet' q̄ marit⁹ ante oia debeat dedu cere tantā quātitatē: vel talē rez p restitutōe dotis sue vxoris ab ea recepte 7 posite i cōmuni pōt vxor ꝑtute dicti instrumēti talē quātitatē vel rem petere: licz aliaz p̄batiōem nō habeat. q; ꝑba enūciatiua p dote inducunt plenā p̄batiōem. C. de dotis p̄mis. l. ij. Jtez q; ista diuisio est quedā ratio ꝓposita inter frēs. ꝑ ratio iducit p̄batiōez ꝑ ꝓfitentē etiā in fauorē absentis. ex quo ꝓfecta est scriptura: iuxta ea q̄ habent' p eundē bar. in l. nuda. ff. de dona. 7 l. publia. §. fi. ff. de posi. 7. l. quedā §. numularios: de eden. sicut liber rationū ꝓfect⁹ inter tutores p̄bat ꝑ cos etiā in fauorē absentis. l. fi. C. arbitriū tute. Jsta sunt verba bar. ibidē formaliter q̄ salte in dote q̄ est fauorabilis vident' posse p̄cedere licet in alijs seruandū sit. q̄d idem no. in dicta. l. admonēdi: loco supra allegato. Bal. ꝙro in dicta. l. desideriuz. C. de posi. dicit esse casuz q̄ nō est alibi q̄ instrumentū ꝓfectū inter me 7 titū p̄bat inter me 7 seyū. vt si titi⁹ cōfitetur habuisse centū in depositū q̄ ego a dicto seyo in depositū habui. Nā dicit bal. p illam. l. dictū seyū posse dicta centū a me petere 7 suā intentiōem fundare p dictū instrumentuz. 7 p hoc bene facit. c. ij. de fideiuss. vbi colligit' q̄ instrumentū ꝓfectū inter fideiussorez et creditorē cōfitentē se recepisse a fideiussore: p̄bat inter fideiussorē 7 debitorē. In casu ꝙro nostro p̄pter duplicem ꝓfessionē. s. vnā factā in instrumēto diuisionis: et alterā in vltima voluntate videtur induci plena p̄batio. q; si q̄libet p se 7 sola facit semiplenā p̄batiōem per ea q̄ primo loco allegata sunt sequit' q̄ ambe simul iūcte debent facere plenā p dictū. c. fi. de succes. ab intest. 7 p id q̄d no. bar. in dicta. l. admonendi. dicit plus dicit idem bar. notabiliter. C. de agrico. 7 censi. l. cū scim⁹: post p̄in. 7 etiā in fi. q̄ licz vnica ꝓfessio non inducat obligatōem p̄batiōem dicta. l. publia. §. fi. ff. de posi. bina tñ 7 reiterata cōfessio sup eodē est maioris efficacie. 7 inducit dispositōem 7 obligatōem sicut ꝓfessio iudicialis. Concludit' ergo dicta dñam satis habere intentōem suā fundataz p̄ dicta. 7 ista est ps benignioz. c. in obscuris: de re. iur'. Sup alio ꝙro an sit ei ius quesitū nō expedit aliter scribere. q; satis ptz ex p̄dictis. Sup vltimo dicendū est q̄ cū hodie pater nō veniat iur' patrio: nec titulo singulari. sed tanq̄ heres infantis: vt ibi no. bar. i. l. gerit: ante fi. ff. de acq. here. sicut hereditatē infantis nō aditā nō trāsmittit. C. de iur'. delib. q̄n soroze: de cadu. tollen. §. in nouiss. mo. Jta nec aliā here. delatā infanti 7 p eā nō aditā: cū sit eadē vel maioz ratio. Laus deo.

Consilium. LXXXV.

Confessio patris asserentis in testamēto talē esse filium suū legitimū an p̄bet legitimatōez filij in p̄iudi-

tum ipsius matris testatoris vel aliorum agnatorum.
Quidã ex cõcubina inter quã & ipm poterat matrimoniũ cõsistere. & cuz quo longo tpe habitauit: habuit ex pdicta vnũ filiũ masculuz q̃ viuit. & aliquas filias femias de quib9 due tm̃ viuũt: mortua fuit dicta mulier. Et exinde accepit aliã cõcubinã ex q̃ plures filios & filias habuit. Et antecẽ cũ illa vltima matrimoniũ cõtraheret cõdidit duo testamẽta: in quib9 vnũ filiuz ex prima cõcubina habitũ heredẽ vniuersalẽ instituit: et eũ appellauit & nomiauit in pdictis testamentis suũ filiũ legitimũ & naturalẽ. Deinde ꝓxit matrimoniuz cũ secũda cõcubina & postea p aliquos ãnos decedẽs tertiũ cõdidit testamentũ: in quo eundẽ filiuz natũ ex prima cõcubina heredẽ instituit vniuersalẽ: et eũ simplr nominauit filiũ: p hec verba videlicet. in oib9 autẽ bonis mobilib9 & imobilib9 iure & noibus pñtib9 et futuris quocũq̃ nomĩe & iure censeat' & censeri possint. i. filiuz suũ heredẽ instituit. ipẽq̃ oia bona pdicta donauit & fit p eius libito voluntatis. Sorores aũt dicti filij sui utrinq̃ cõiunctas & ex prima cõcubina natas appellauit filias suas legitimas & naturales: et decessit. Oritur cõtentio inter filias natas ex secũda cõcubina: et filiuz natuz ex prima. dicit eñ dict9 filius q̃ ex eo q̃ est heres instituto & simplr noiatus fili9 non adijciẽdo naturalis psumit cõtractũ matrimoniũ int' pñtem suũ & olim matrem suã primã cõcubinã. Et potissime cũ sorores sup̃tex. in aut'. vt licet matri & auie. §. ad hec. & §. sequẽ.
Cõsiderato etiã q̃ prima duo testamẽta fuerũt cõfecta ãn legimatõez filiarũ ex scõda ꝓcubina. Sz pro pte aduersa dicit' q̃ vltimũ testamentuz non ob. quia §. ad hec intelligitur quãdo non extãt alij filij legitimi cum veniat ad interpretatõem. §. si ꝙo. in aut'. quibus mo. natu. effi. sui. qui pdicto tm̃ casu loquit'. Ad alia prima duo testamenta ante legitimatiõem per subsequentiã matrimonij cum secũda cõfecta respõdent q̃ non habuerũt effectũ: & p vltimũ testamentũ fuerunt renocata. Sed pro pte filij heredis instituti dicitur q̃ dict9 §. ad hec: nõ recipit illam restrictõem: de qua in. §. si ꝙo. sed loquit' in diuerso casu. quia. §. si ꝙo loquitur de legitimante subsecuta principis auctoritate bandi verum legitimũ. s. psumendo matrimoniũ contractũ cũ matre quãdocũq̃ mortua. Item pma duo testamẽta licet nõ habuerũt effectũ: tm̃ instrumenta sunt & fuerũt. Itẽ. §. si ꝙo videret' intelligẽdus in alijs suis legitimis q̃ p subsequentiã matrimonij. Querit' ergo quid iur'. & petit' ꝓ filiũ i fauorẽ here. vl'r instituti.

Nchristi nomĩe Amẽ

Presupposito q̃ iste pater & testator aliquid reliquerit iur'. institutiõis filiabus secũde ꝓcubine que p subsequẽs matrimoniũ fuerũt effecte legitime: et sic testamentũ nõ sit nullũ ex causa preteritionis. Super eo de quo querit' faciũt dubium cõtra filiũ prime cubine & pro filiab9 secũde dicta & notata p bar. i questione disputata p eũ: que incipit habens filiũ ꝛc. in q̃ p intellectu dicti. §. ad hec: qui est. § .j. in aut'. vt licet matri & auie: posita. C. de natu. libe. aut'. Item si q̃s liberos: ponit plura que dicit requiri & fore necessaria vt fiat legitimatio ꝑm tenorẽ ipsaꝝ: & aliter legitimati onem nõ fieri: que cum requisita p bar. non exprimũtur in dicto corpe aut'. sed ipe dicit ex illo tex. colligi: q̃ tm̃ hic nõ sunt. Nam primo ipe requirit' q̃ concubina ex qua natus erat ille filius viueret tpe testamẽti: et sic tpe quo ptulit illa verba de quib9 ibi: & hoc per tex. illius aut'. dum dicũt verba cum q̃ nuptie cõsistere pñt ꝛc. q̃ illud verbũ pñt est pñtis tpis. & sic dicit ipe debere intelligi. s. tpe dictoꝝ verboꝝ platoꝝ q̃ hic non fuit. qz tunc erat mortua prima. Sed istud certe non viget. qz imo potest illud verbũ possunt determinare participiũ habens q̃ in pcedenti posuerat. vt sit sensus q̃ si q̃s habens filiũ vel filiã ex muliere cum qua nuptie cõsistere pñt tpe quo habuit. & hoc est ꝓgruenti9 vel nõ min9 cõgruũ que referre ad sequẽs verbum. s. dicat. ꝛc. Et rationabilius & fauorabili9 est ita exponere debet vt inspiciat' tẽpus natiuitatis pueri quo tempore nõ est certũ q̃ mater sup viueret: vt sic impediat' actus legitimatõis: d̃ qua ibi. Quid eñ si viueret & nõ esset tũc sua cõcubina: sed alteri nupsisset. & sic cũ ea nõ poterat tũc nuptias ꝓtrahere: sed tpe quo eã tenuit. & quo filios suscepit potuerũt esse nuptie. nõne poterit p illũ modũ legitimare: nõ puto aliquẽ dubitaturũ q̃ sic: alꝰ daretur illi materia nõ nubẽdi alteri desiderãs filios posse fieri legitimos p illũ modũ. Et sic pseuerã di in cõcubinatu et fugiẽdi vitã matrimonialẽ: qd̃ non debet esse. ar. l. cõuenire. ff. de pac. dota. vel quid si ipse met pater relicta vel nupta ꝓcubina alteri nubat & ipe dicet quid ad nos q̃ perdãt potestatẽ legitimãdi p illum modũ: cũ forte filios nõ habeat ex vxore. Certe impium & inhumanũ hoc esset q̃ ppter bonũ opus qd̃ factũ sit pdãt priuilegiũ legitimãdi datũ p illã aut'. cũ de eo qd̃ fecit veniat potius ꝓmẽdãd9. ff. de peri. & cõmo. rei ven. l. j. §. licet. de custo. reoꝝ. l. diu9: circa fi. C. d̃ natu. libe. cũ quis. depositi. l. iij. Sic econuerso non est iustum quẽ ꝓsequi lucrũ ex actu de quo venit puniẽdus Unde dictũ bar. pfatũ non placet. nec credo q̃ sit de mente illi9 tex. sed solũ q̃ potuerũt esse nuptie tpe quo natus est puer qui legitimat'. nec requirit' q̃ possint. esse tpe q̃ dicta ꝛba pferũtur. Et hoc dicitur fuisse in casu nostro. Secũdo dicit bar. requiri q̃ non solum possit vel potuerit ꝓbere matrimoniũ cum illa de iure vt q̃ nullũ suberat impedimentũ canonicũ inter eos: sed etiã q̃ de facto honeste & ꝑm bonos mores: alꝰ secus. vt si vir esset nobilis & diues: illa ꝛo ignobil' & pauper. qz non censetur quis posse qd̃ honeste nõ potest. l. nepos ꝓculo: de ver. sig. Sed hic non cõstat de hoc igitur ꝛc. Sed certe nec cõstat de cõtrario & ĩ dubio si nõ apparet cõtrariũ ꝓsumitur fuisse digna de facto sicut de iure. ff. de manu. testa. ꝟuos: de le. ij. cuz pater. §. rogo: extra de scrutinio. c. j. cum ibi no. maxime d̃ iure canonico: ꝑm q̃ solũ inspicit' an subsit impedimentum canonicũ vel nõ: cum sit matrimoniũ hodie sacramentũ. Et reputatur inter opa charitatis hodie q̃ q̃s capiat in vxorẽ interdũ indigniorẽ se. c. inter opa charitatis: de spon. Uñ posito q̃ illa aut'. intellexerit: vt dicit bar. qz tũ ius canonicũ in matrimoñijs ꝓualet non dedignabit' hodie sacros canões imitari: facit qd̃ no. glo. in. l. si rogatus: de mari. vni. Tercio dicit bar. requiri q̃ verba de quib9 ibi fuerint ꝓlata principaliter ppter se sec9 si ppter aliud: vt fuit ĩ casu nr̃o. vbi ipm instituendo nominauit filium. ar. de testa. mili. C. l. ex his verbis: in pun. Sed per eandẽ l. in versi. at cñ: potest dici contrariũ. vt sicut speciale est in milite fauore militie vt verba enũciatiua emissa principaliter ppter aliud inducãt dispositiõem: ita & in casu nostro fauore legitimitatis in qua vertitur fauor publicus vt ciuitas repleatur bonibus legitimis et habilib9 ad officia publica vl' dignitates. ar. l. j. ff. solu. matri. quia tex. dictarũ autenticarũ non ita arctat ad dicendũ qd̃ dicit bar. quin possit intelligi eo modo quo dixi. naz dici q̃ si dicat filios suos esse ꝛc. Sed hoc ita cadit in eo qui principaliter propter aliud: sicut in eo qui principaliter propter se. quia vtroq̃ modo verum est cum dixisse illum filiũ suũ esse. Preterea cũ institueret ipsum censetur voluisse dicere meliori mõ quo potuit vt valeret institutio. l. miles qui testmanerat. ff. de testa. mili. & sic taliter q̃ legitimus efficeret'. Quarto dic' bar. requiri vt talis pater cum dixit talia verba de quibus ibi nõ haberet filios legitimos & naturales: vt in aut'.

quib⁹ mo.na.effi.le.§.si igit᷑ licentia. ℞si.si ℞o solū mō
z quib⁹ mo.na.effi. sui.§.si ℞o. qz extātib⁹ legitimis et
naturalib⁹ nō fit legitimatio nisi in duob⁹ casib⁹.s.per
obligatōem curie:z p cōsequēs mrimoniū.e.ti.§.gene
raliter:in fi.in tex.z glo.z allegat bar.hosti.hoc exprez
se tenentē in sum.q̄ fi.sint leg.circa fi. et Jo.an.in.c.p
tuas.e.ti. Sed certe hic habebat legitimos z natura
les tpe quo fecit dictū testamētū: videlicet natos ex se
cūda ꝓcubina cū q̄ postea mrimoniū ℨxerat. et sic erāt
effecti legitimi z naturales. z p ꝓseqns nō videt facta
legitimatio p ꝓlatōem taliū verboꝝ. Breuiter licet
istud videat᷑ satis vigere ꝑma facie ꝓpter auctoritā
tem hosti.z Jo.an. Jacob⁹ tñ de bel.i dicto.§.ad hec.
tenet ℨriū:videlicz q̄ hoc nō reqrat᷑. qz tex.hoc nō di
cit:ß soluz facit vim in hoc q̄ dixit eos esse filios suos.
nec appellauit eos naturales ⁊c̄. quo casu legitimātur
aūcte iur̄.scripti in dicto.§. ad hec:absq; alio rescrip.
p̄n.p qđ patz nō obstare tex.supra allegatos in ℨriuz
q̄ requirūt illud qđ dicit bar. qz loquūtur qñ pat᷑ fate
bat᷑ filios esse naturales:quo casu non loquit᷑ ille.§.ad
hec. Sz illi tex.q̄ requirūt q̄ testamētū in quo eos fili
os appellauit oñdat᷑ puncipi: z tūc ꝓnceps facilit᷑ p su
um rescriptū legitimabit eos si nō extāt legitimi et na
turales.z sic tūc legitimatio fiet nō aūcte iur̄.scripti:ß
p rescriptū p̄n. q̄ ꝓtestat᷑ se nolle legitimare per rescri
ptū stantib⁹ legitimis z naturalib⁹.vt in dicto.§.gene
raliter.sed in casu nr̄o nō appellauit eū naturalez:sed
dūtaxat filiū quo casu nō expedit oñdere testamentū
puncipi.nec aliud rescriptū ab eo impetrare:sed aūcte
illi⁹ aut᷑.effect⁹ ē legitim⁹: ⁊ extarēt dć̄i legitimati p ſb
sequēs matrimoniū cū tex.illius aut᷑.i.§.ad hec.nō re-
quirat legitimos nō extare. Et erubescim⁹ sine lege lo
qui in aut᷑.de trien.z semiſ.§.cōsideramus.C.de colla.
l.illā:circa mediū. Et sic Jaco.de bel.videt᷑ meli⁹ ꝓsi-
derasse q̄ hosti.Jo.an. z bar.al's illi tex.videntur int᷑
se ꝓtrariari dum primi dno requirāt non extare legi-
timos z testamentū ostēdi puncipi et impetrari reſcri-
ptū:z tñ tex.in.§.ad hec.nullū de p̄dictis trib⁹ requirit
sed solū q̄ dixerit eos filios si loquerent᷑ in vno et eo-
dem casu. Sz non ita est:īmo in diuersis.qz. §.ad hec
loq̄tur ad eos qñ dixit eos filios et nō dixit naturales:
quo casu p̄sumit ille tex. matrimoniū fuisse ꝓtractū in
ter testatorē z matrē filioꝝ.sed ꝓstat q̄ tūc legitimant᷑
etiā extātib⁹ legitimis: vt in.§.generaliter. in fi.ī aut᷑.
quib⁹ mo.na.effi.sui. Mimiruz ergo si tex.in.§.ad hec
vt liceat matri z auie nō reqrit q̄ legitimi nō extent.ß
alij tex.in ℨriū allegati loquūtur qñ fatebat᷑ eos natu-
rales q̄ casu ex solis ℞bis q̄ vult eos effici legitimos nō
efficiūtur legitimi:nec p̄sumit᷑ ℨctū mrimoniuz. Ideo
tūc requirūtur illa tria de quib⁹ supra:quoꝝ nullū re-
quirit᷑ in.§.ad hec q̄ nihil hz agere cū casib⁹ paragra-
phoꝝ allegatoꝝ in ℨriū. Et posito q̄ dictū bar.ho-
sti.z Jo.an. foret verū deberet intelligi q̄ extarēt filij
legitime nati. z sic in potiori scripto.l.j.§ q̄ imppetuū
ff.de agri.⁊c̄ ti.nō qñ legitimati p subsequēs mrimo-
nium:vt est in casu nr̄o.qz nō debent esse melioris ꝓdi
tionis:ex eo q̄ sint legitimati p verꝝ subsequēs mrimo
nium q̄ iste q̄ legitimat⁹ est p mrimoniū a iur̄. p̄sump-
tū cū tante efficatie sit iur̄.p̄sumptio quāte est ipa ve
ritas.qz iur̄.p̄sumptōes sunt liquidissime,pbatōis ve-
ritatis.l.licet impator.ff.de le.j. Videt᷑ ergo posse ꝓclu-
di p filio p̄me cōcubine nō ob.no.p bar.ī dicta disput
atōe q̄ faciliter possunt tolli:vt ptz ex p̄dictis. Pre
terea in casu quē bar.ponit piū erat irritare legitimati
onem.qz q̄ dicebat legitimatū p verba ꝓlata in testa-
mento dicebat se testamētū ex hoc fore nullū.qz in eo
erat p̄teritus:qđ erat absurdū vt sumeret fundamen
tum ad impugnāduz bene dicebat se ꝓsecutū ꝓmodū
z honorē legitimatōis tanq̄ ingrat⁹ vt i illa regula iur̄.
Sed in casu nr̄o piū est legitimatōem defendere.qz le
gitimat⁹ defendere vult ꝑ boc testamentū cū in eo fu-
it institutus ℨ volentes impugnare. Et si iste casus fu
isset,pposit⁹ bar.sic ille laborasset p ista parte sicut ibi
laborauit p illa vez.qz nō parua est auctas ei⁹.nec mi
nor hosti.et Jo.an.in locis supra allegatis forte desti-
tissem ꝓsulere,p vel ℨ. nec viderer p̄sumptuosus: nisi
qz fuit oñsa quedaz legitimatio facta p comitē palati-
num habentē potestatez ab impatore karolo qrto de
dicto filio p̄me cōcubine iā sunt ānі. xxxiij.q̄ tollit oēz
dubitatōem.qz facta fuit vt dicit᷑ viuēte puma ꝓcubi
na mre eius.nec ibi vidi nec ꝓbendi defectum aliquē
q̄stū ad hūc pposit̄. Nec ob.qđ in p̄ulegio dī q̄ p
legitimatōez fiendā nō debeat fieri p̄iudiciū legitimis
z naturalib⁹ quo min⁹ eq̄liter succedāt.qz debet intel-
ligi.s.ab intestato.sed hic factū est testamentū in q̄ pa-
ter potest facere filios inequles dūmō nulluz eoꝝ fran
det legitima ctiā si sint omnes legitime nati. in aut᷑.de
nup.§.fi.vel pen'ti.quā potestatē nō credit᷑ puncipis
voluisse pat᷑ tollere p dicta verba. Sz hic vt dī aliq̄ na
ti ex secūda cōcubina z legitimati p ꝓsequēs matrimo
nium nō sunt fraudati legitima.quia fuit eis relictum
iur̄.instī. vñ si nō tm̄ qđ sufficeret agere p̄nt ad supple
mentū. Cōcludo ergo,p dicto filio p̄me ꝓcubine nō
obstātib⁹ obiectis in ꝓtrariū.

Consilium.LXXXVI.

Confiscatio generalis an ꝓpendat sita in aliqs lo-
cis vl' vigoze illi⁹ intelligant᷑ ꝓfiscata alteri fisco vbi sit.

Architrinomie Ime

Primū quesitū habet duo dubia. Primū est
an p ꝓfiscatōez factā florētie debitū in q̄ pfat⁹ comes
poppi tenebat᷑ fuerit ꝓfiscatū fisco coīs florētie. Secū
dū ē posito q̄ boc nō sit:an saltē censeat᷑ ꝓfiscatū fisco
comitis poppi:z sic inducat᷑ ꝓfusio. Circa primū vi-
detur q̄ sic.qz ꝓmune florētie p ꝓfiscatōem p̄fatā cen
setur dictoꝝ ꝓdēnatoꝝ z succedisse tanq̄ heres.C.ad
l.iul'.de vi publica.l.tutozes: in fi.iūcta glo.posita in.l.
j.C.si cer.pet'.l.int' eos:in fi.ff.de fide. Sz nulli dubiuz
q̄ si successisset iure hereditario:puta ex testamēto dī-
ctoꝝ ꝓdemnatoꝝ adeūdo heredi. acq̄siuisset dictū cō
mune florētie ius in dicto credito z ī bonis quibuscū-
q̄ dictoꝝ ꝓdēnatoꝝ vbicūq̄ sitis.ff. de acq̄.pos.l.cuz
heredes:in p̄n.licet alibi sita cōsequi nō posset nisi me
diāte aūcte iudicū p̄sidentiū in loco vbi eēnt dicta bo
na.C.de iudi.l. pperandū.§.sin aūt reus: de foro ꝓpe.
c.romana.§. ℨbentes.z no.ff.de iudi.l.heres absens.§.
j.in glo.magna:q̄ incipit supplēt:in fi.ergo z idez hoc
casu:si cōmune florētie cōfiscatiōem agnouit.ff.de fi-
deicō.liber.l.iij.§ si bona.de iure fisci.l.j.§.an bona iū
cta dicta. l.inter eos fideiussores.§.j.ff.de fide.vbi eq̄-
parat fiscū heredi.p cōfiscatōem. Preterea iudex qui
habet p̄sonā sub sua iurisditōne pōt statuere etiā sup
reb⁹ eiusdē lz sitis extra suā iurisdictiōz.ff.de reb⁹ eoꝝ.
l.magis puto.§.illud q̄ri.qz bona sequūtur cōditōem
p̄sone tanq̄ accessoria.C.de imponē.lucra.de le.j.ff.ō
acq̄.here.l.paul⁹p.pcuī.in fi.de iur̄ pīo.in.c.si laic⁹:in
fi.li.vj.vñ habēs p̄sonā sub q̄ iurisditōem pōt indice-
re eidē onera p̄sonalia etiā p reb⁹ extra iurisditionem
positis.qz inspicit᷑ p̄sona tanq̄ p̄ncipal'.vt no.in.l.re-
scripto.§.fi.de mu.z bone.z p Jo.an. i.c.j.de īmūi.ec.
li.vj.l'cz g̃.sentiat ℨriū q̄ tñ nō tenet᷑.C. de mulie.et q̄
loco.l.j.sup ℞bo possederit. Itē tutoz dat⁹ a iudice de
micilij vl' originis q̄ hz p̄sonā ī sua iurisditōe cēset᷑ da-
tus ad vniuersuz p̄monium etiā alibi sitū.z acq̄rit ī illo
ptātez admīstrādi:licz possit se excusare.ff. de excu.tu
to.l.ꝓpter litē.§.licet.z no.bar.p⁹ Dy.i.l.pupillo.ff.
de tuto. z cura.ab his.z Dy.in.l.j.C. vbi petant tuto.
Sz eodē mō videt᷑ q̄ ptās florētin⁹ q̄ habebat ptātez

sup̄ ꝑsonā p̄dictoꝝ ꝯdēnatoꝝ q̄ erat p̄ncipalis habue
rit etiā sup̄ reb̄ vbilibet sitis: vt sic potuerit ea ꝯfisca-
re.i.trāsferre ius qđ hēbāt p̄dicti ꝯdēnati ī cōe flozen
tie.7 p ꝯseq̄ns veniāt ī generali ꝯfisca. bōa etiā alibi si
ta:lz executio nō possit fieri nisi p iudicē territozij vbi
rea ꝯcludit q̄n ius actōis 7 dñi fuerit q̄sitū cōi flozētie
possit actōez mouere in q̄cūq̄ loco. C. de p̄scp̄.lō.tēp.
l.fi. Preterea cum nomē debitozis sit ius mere incoz-
pozale sicut nō dz esse vbi est instrumētū debiti.l.gayꝰ
de le.ij.7 de le.iij.si mihi menia. ita nec vbi est debitoz:
§ pothꝰ vbi est creditoz apud quē ius obligatōis actiue
resideꝫ.7 sic ius crediti de quo agit videtur fuisse flozē
tie.§ venit ī cōfiscatōe sicut alia bōa flozētie residētia.

Sup̄ secūdo dubio q̄ si nō cōi flozētie saltē fisco co-
mitis poppi sit cōfiscatū dictū debitū: 7 sic iducat ꝯfu
sio ne suipius debitoz 7 creditoz repiat̄.l.si ab eo. C. đ
de neg. ge.7 qđ no.in.l.frat̄ a fre. ff. đ ꝯdi.inde. videt
ꝓbari p id qđ dēt̄miat bal.ī.l.cūctos populos: circa fi.
C. de sū.trī. vbi dicit q̄ q̄n p̄ꝰ ꝯdēnatōez sup̄ crimīe sta
tus p̄sone sic mutat̄ q̄ nō pōt hīe ꝓprietatē bonoꝝ
vt cū cōdēnet̄ ad mozte naturalē vl̄ ciuilē: tūc bōa vbi
q̄ sita ꝯfiscāt nō tn̄ fisco iudicis ꝯfiscātis. § fisco illius
loci vbi sita sūt 7 illa p̄t ea occupare allegat qđ no. In-
no. de fo. ꝯpe. postulasti. Sz hic tā flozētie q̄ bononie
fuit bānit 7 ꝯdēnatꝰ ad mozte. 7 bonōie facta fuit exe
cutio. 7 sic reddit fuit incapax retentōis bonoꝝ cū fue
rit factꝰ seruꝰ pene 7c. Breuit̄ licz ista satis vigere vi-
deant̄ ꝑma facie 7 paꝝ p̄ doc. scribētes fuerunt rumia
ta iudicio meo 7c. stat tn̄ dēt̄miatio doc. cui ꝯdicere te
meranū videt̄ q̄n iurisditōes sunt distincte 7 etiā burse
fiscales sūt diuerse: 7 ꝯfiscatio nō sit facta de iure cōi: §
de iure spāli alicuiꝰ terre nō pozrigit̄ ad bōa alteriꝰ ter
ritozij q̄ ꝯfiscātis: vt inq̄t bar. ī dicta.l. cūctos pp̄los:
circa fi. Pro solutōe ꝯo eoꝝ q̄ supza in ꝯriū sunt alle
gata distinguēdū puto q̄ iterdū iudex q̄ bz p̄sonā sb
cōcernit p̄sonā secūdario res. 7 tūc talis actꝰ extēditur
ad bōa vbiq̄ sita. Ita loq̄tur qđ dixi de tutoze q̄ dat̄
a iudice originis vl̄ domicilij. naz p̄cipal̄r dat̄ p̄sone
secūdario reb̄.l.q; p̄sone: cū.l. p̄ce. ff. đ testa. tute. Idē
in coll̄ta q̄ ponit̄ p̄cipal̄r p̄sone ꝑ reb̄. vt.l. rescp̄to:
de mu. 7 bone. ī fi. 7 aut̄. Itē nulla cōitas. C. de epis. et
cle. Ideo etiā ꝑ reb̄ alibi sitis indicit̄. 7 ī generali indi
ctōe imposita ꝑm facultates: puta q̄ q̄libet soluat soli
dū ꝑ q̄libet libza. Nā 7 alibi sita cōputarēt̄ si aliud nō
apparēt ex ꝓiectura. Et iste nō est casus noster. q; actꝰ
cōfiscatōis p̄ncipal̄r nō exercet̄ ī p̄sonā: § circa bona.
vt pz ex no. ꝑ bar. ī dicta.l. cūctos pp̄los: ī vlt. q. Int̄-
dū exercet actū p̄ncipal̄r circa bōa. 7 tūc aut ī volētē
7 petentē. 7 idē vt cū int̄ pōit decretū ī alienatiōe facta
ꝑ minozē subditū sue iurisditōi de re sita extra iurisdi-
tōez: vt dicta.l. magis puto. §. illud: de reb̄ eoꝝ. fauo
rabilis est em̄ actꝰ q̄ ꝑm volūtatē exercet̄ 7 extēdendꝰ.
ar. eoꝝ q̄ no. glo. ff. q̄b̄ mo. pig. vl̄ ypo. sol. l. soluit̄: ī fi.
p̄n. sup̄ ꝟbo discedat̄. 7 qđ no. glo. ff. de acq̄. poss. l. j.
circa p̄in. q̄ icipit: secꝰ si aliꝰ 7c. 7 hic etiā nō ē casus no
ster. 7 sic nō ob. §. illud: supza ī ꝯriū allegatꝰ. Interdū
exercet talē actū in iuitū vl̄ ig̃rantē: 7 tūc aut generaliꝝ
sup̄ eꝰ bōis 7 nō extendit̄ nisi ad bōa sita ī iurisditōem
ff. đ bo. auc̄. iudi. posſ. l. cū vnꝰ. §. is q̄. Et iste ē recte ca-
sus nr̄: q; flozētie facta fuit generaliꝝ cōfiscatio de bōis
p̄dictoꝝ. Nā ad sita ī territozio flozētino dūtaxat ex
tendit̄. Si ꝟbo exp̄sse disponeret de bōis alibi sitis. et
tūc fiet executio ꝑ iudicē illiꝰ vbi sunt: de fo. ꝯpe. c. ro-
mana. §. ꝯbentes. 7 no. ī. l. beres absens: de iudi. p glo.
ꝯ p̄ bar. ī dicta. l. cū vnꝰ. Nā est actꝰ fauorabil̄ 7 nō tē
dit ad imediatā iur̄. acq̄sitōez: § mediāte facto illiꝰ iu-
dicis. An aūt sic posset ī casu nr̄o. ſ. exp̄sse ꝯfiscare bōa
alibi sita: putarē q̄ nō. q; ē actꝰ odiosus 7 tēdit ad īme
diatā acq̄sitōez. i. vt statim acq̄rat̄ dñiū: qđ facere nō
pōt sic vt manꝰ mittēdo ī messez alienā. ff. l. sicuti. §. a-
risto. hoc tn̄ nō est p̄ntis speculatozis. Pdz igit̄ ex p̄-
dictis q̄ cū hec cōfiscatio fiat ex forma statutoꝝ flozē-
tie: nō de iure cōi. vt ī aut̄. bōa dānatoꝝ. nō veniūt bo
na alibi sita. 7 p ꝯseq̄ns nec debitū q̄ tenet̄ dictꝰ comes
q; lz ius actiōis sit ico;pale 7 penes creditozes: p̄sonas
tn̄ sup̄ q̄ ꝯpetebat illud ius. 7 ꝯ quā venit exercenduz
est ico;pale 7 extra t̄ritoziū. 7 sic alibi censet̄ esse sic ī
reb̄ īmobilib̄. q; lz dñiū sit ius ico;pale: si tn̄ res sup̄
q̄b̄ ꝯpetit sint extra t̄ritoziū reputat̄ etiā dñiū ee ex-
tra t̄ritoziū vt nō veniat ī ꝯfiscatōe eo modo q̄ veniūt
res site infra t̄ritoziū vt ex p̄dictis pz. Et sic nō ob. qđ
§. dixi đ iur̄ ico;pali. dico et̄ q̄ nec fisco comitis pop-
pi cōfiscat̄ dictū debitū. nec ꝓtute cōfiscatōis facte flo
rētie seu dānatōis ad mortē. q; cū lata fuerit ī ꝓtuma-
cez 7 nō fuerit facta executio: nō fuit adeo stat̄ eiꝰ mu
tat̄ q̄n potuerit alibi bōa acq;rere 7 etiā retinē. l. si tibi
§. is cuiꝰ. ff. mā. đ le. ij. si deposztati cū ibi no. Et nō ob.
dēt̄miatio bal. in. l. cūctos pp̄los: ī fi. nec etiā ꝯfiscatio
facta ꝑ sn̄iam latā bonōie. q; cū stati facta fuerit execu
tio lz priuatꝰ fuerit dñio vl̄ reddit̄ inhabil̄ ad retinen
dū. ꝓprietatē: tn̄ imediate succedūt venientes ab itestā-
to: 7 sic cessat rō 7 fundamētū bal. qđ hz̄et locū de iure
veteri ide posztato vl̄ dānato ī metallū q̄ supuuit. 7 bo
na nō pōt retinē. nec venientes ab itestato succedūt: cū
adhuc viuat: ideo necessario venit fiscus. nō sic ī casu
nr̄o. Et breuit̄ hoc est đ mēte bar. ī dicta. l. cūctos po-
pulos. q̄ bōa alibi sita nulli fisco cōfiscaret̄ si bn̄ inspi-
ciatur. Cōcludo § vnacū supzascripto eximio cōsulto
re dño an. debitū p̄fatū nō ee ꝯfiscatū: § ptinē ad here
des dictoꝝ cōdēnatoꝝ de q̄b̄ infra subiiciā. Super
secūdo q̄sito facit dubiū. q; dēt̄minatio bar. ī. l. cūctos
pp̄los: ī vlti. q̄stiōe vult q̄ cōdēnatꝰ ad mortē sit vbi-
q̄. 7 q̄ ad bōa vbiq̄ posita itestabil̄. q; nō pōt esse p̄o
pte ꝟuꝰ. l. si piter: ī fi. ff. de lib. cā. videt̄ itelligētia q̄n es
set cōdēnatꝰ: ꝑ eo q̄ esset vbiq̄ delictū. sed occasio di
ctoꝝ bānitoꝝ nō reputabat̄ delictū flozētie. vñ si cō-
dēnati euasissent 7 remissent flozētiaz fuissent rebāniti
7 p̄miati 7 habiles redditi q̄ ad oīa. 7 sic videt̄ q̄ saltez
quo ad bōa existētia flozētie nō cōfiscata valeat testa-
mentū. q; lz nō possit q̄s eē ꝟuꝰ ꝑ pte visibili 7 coz;pa
li: pōt tn̄ ad q̄dā reputari seruꝰ: quo ad q̄dā liber diū-
sis respectib̄ ar. eoꝝ q̄ habent̄. ff. de iudi. l. vix certis
7c. Cōtrariū tn̄ puto veriꝰ. nā inhabilitas testādi non
resultat ex titulo crimis: lz ex sn̄ia vl̄ eiꝰ q̄litate. ff. đ pe
nis. l. q̄ ad statū. Posito § q̄ nullū crimē cōmissz dā
natꝰ: tn̄ ad mortē efficit̄ seruꝰ pene 7 itestabilis sic dā-
natꝰ de furto efficit̄ infamis: lz furtū nō cōmiserit: vt
no. ff. đ ifa. l. athletas: ī fi. glo. 7 sic p̄dcī euasissent fuis-
sent flozētie itestabiles: ꝑm bar. ī dicta. l. cūctos pp̄los.
de illa muliere q̄ euasit. Nec ob. q̄ ex forma statuti flo
rētie potuerūt occidi 7 q̄ fuissēt flozētie habiles. q; de
rū est si alibi nō fuissent cōdēnati: alꝫ secus nisi aduer-
sus inhabilitatē ex dicta sn̄ia resultantez fuissent resti
tuti. l. fi. de sen. paſ. 7 re. Sup̄ ꝟcio q̄sito dico idez qđ
supza cōsultꝰ est. ſ. testamētū cōdēnati ad mortē etiā q̄
ad pias causas nō valere. 7 vltra allegata p̄ supzascri-
ptū cōsultoꝝ dēt̄miat hoc Jo an. ī addi. spe. ti. de in-
stru. edi. §. cōpendiose: in addi. q̄ incipit q̄d de dānā-
to. Sup̄ vltimo q̄sito dico p oīa qđ supza consultū
est. q; satis est allegatū: vñ vlterꝰ non me int̄mitto.

Consilium. LXXXVII.

Consiliū requirit̄ ꝑ iudicē triby modis 7 de effectu
illiꝰ quocūq̄ modo ex dictis triby requirat̄.

Nchristi nomie Amē

statutuz loquit eo casu quo vnus proposuit occidere et alij ipm iuuare. Si bene inspiciat. Sed hic non p posuit occidere sed bastonare licet preter propositum vnus occiderit primo vulneratus ab illo vnde dici nõ potest q aliquis aliorum voluerit ipm iuuare ad homicidium ꝓmittendum qđ ex impetu 7 indeliberate p cessit l. respiciendum. §. delinquũt. ff. de pe. Et hoc etiam determinat an. de pusio in l. qm̃ multa facinora. C. ad l. iul'. de vi. publi. dicens q in casu illius legis quando vnus fecit cõgregationẽ ad violentiam cõmittendam 7 vnus eorum interfecit. Ille solus tenetur de occiso 7 etiam caporalis qui congregat̃onem hominum fecit non alij etiam tanq̃ prestãtes auxilium qua non venerunt eo posito vt ꝓmitteret homicidium 7 vt ad ipsum prestarent auxiliũ 7 fauorem. Sed vt fieret violentia respectu rei recupande vel occupãde secus quãdo congregatio fuisset ordinata ad homicidium ꝓmittendum quia tunc alij tenerent' tanq̃ operam prestantes. Ego aũt ostendam contra q nec ille qui interfecit nec qui congregationem fecit potest dici q teneat' de homicidio quo ad imponẽdaz penam capitalem quia principaliter nõ dederunt operam rei illicite sed licite nec fuerunt in dolo posito etiam q fuerint in culpa in excedendo modum iuxta ea que plene no. in fine questionis posite in regula q quis mandato de reg. iur. in mercu. 7 in regu. cum quis inius multo minus alij assistentes ar. l. si is qui. §. si. tu ticiũ. ff. de fur. 7 hoc de primo. Secundo p̃mittendũ est ad euidentiam q quelibet causa etiam iniusta puta ignorantia iur. excusat a dolo. vt no glo. C. ad l. fauiã de plagrarijs. l. plagij crimis la. ij. per. l. igitur. ff. de libe. cau. Et idem no. glo. magna in fi. l. j. ff. si quis ius dicen. non ob. facit. l. sed si lege. §. scire. ff. de peti. here. 7 quod no. glo. in. c. de q̃rta extra de prescrip. Dolus 7 mala fides tunc est cum quis mouet' ad aliquod malũ propter solam malignitatem animi cum nõ propter aliquid aliud credo esse bonum. Tercio p̃mittendum q in confligentib ad idem dolus 7 culpa censetur ꝓuenire principaliter ab ipso ꝓuocante 7 agrediente 7 in ipo residere non a ꝓuocato. ff. si qua pau. fecit. dicatur. l. j. §. cuz arietes ad fi. ad. l. acquil'. l. si ex plagis ante fi. ver. culpaz ẽc. de bonis lib. qui cum maior. §. si libertus versi. ignoscenduz est em̃ facit. l. que omnia. ff. de ꝓcura. vbi patet esse idẽ in contentõne verbali. Quarto p̃mittendũ q in casu nostro prouocans ad rixam. Et prebens illi causam fuit originaliter occisus ille miser qui nulla iniuria recepta ab istis carceratis 7 nulla p̃cedente causa per eos incepit eis iniuriari multipliciter videlicet appellando pudicitiam vxoris vnius ex eis que aliquib ex eis iure sanguinis attinebat vt interfectõni qui erat frater ei?. Et a quib iure affinitatis qui erant fratres mariti quibus omnib per hoc faciebat iniuriam 7 eam affectando 7 frequentando. ff. de iniurijs. l. apud labeonem. §. si quis virgines cum sequentib. vsq̃ ad. §. ait pretor. Deinde cum dicit' premissa iactatõne q in domũ mariti dicte domine noctis tempore ingrederet' ad asportandum caules tandem 7 finaliter contra voluntatem eius hostiliter 7 cum telo. i. cum ronchono iniuriose fuit 7 de nocte ingressus est. ff. de iniurijs. l. qui in domuz alienam 7 tanq̃ fur 7 latro quia non per hostium sed aliunde vt in euangelio dicit' de illo qui non intrat per hostiũ in ouile sed aliunde. Et hoc totum fecit ex sua prana 7 iniqua consuetudine quia talia facere vt dicitur consueuerat ꝓut est publica vox 7 fama. iuxta illd Qui male consueuit cui prauus mos inoleuit. Raro deleuit q consuetudine creuit. xlix. di. hinc 7 enim. et no. in spe. de instru. edi. §. instrumẽtuz versi. Item opponitur q tabellio versi. vnde versus. Non quidam prouocatus sed prouocans ad iniurias predictas depellendas. Unde licuit marito istius domine sic de impudicitia appellate vroi sue iniungere q fingeret se p bere aures 7 daret sibi tempus 7 horam q ad domum suam veniret nec ex hoc culpam aliquam incurrit ter. est no. C. de fur. l. si quis seruo. Et cum hoc etiam congregare fratres suos 7 fratres vxoris quibus omnibus fiebat iniuria ar. l. j. cum sequen. ff. de libe. causa non vt irent ad saluandum ad domum ipsius quia tunc verecundaret sibi locum. l. quoniam multa facinora. C. ad. l. iul'. de vi sed vt starent secum in domo ad custodiã et? et sue vxoris quia poterat ignorare an ille veniret solus vel sociatus 7 premuniti bastonibus non armis ferreis quia poterat dubitare an ille cuz socijs veniret cũ armis vel sine armis vnde non sine ipsorum periculis stare poterant manibus vacuis 7 sine magna ipsorum verecundia tales iniurias sub silentio pati ideo parendum fuit eis etiam si modum excessissent in hoc preparamento licet non excesserint per ea que no. cy. in l. j. C. vnde vi. in fi. ij. colũp. versi. adhuc questio pone q quidam iunctis his que no. per glo. in. l. iij. §. cum igitur. ff. de vi 7 vi ar. in glo. que incipit. i. anteq̃ que vult q licet congregare amicos pro depellandam circa rem fortius circa personam. Et quando conuocat attinentes qui possunt esse impune iuuare ne iniuriam recipiat vt no. in. l. vt vim. ff. de iust. 7 iure per glo. et. l. culpa caret de re. iur. 7 quod no. bar. in. l. si quis in seruitute. ff. de furtis facit de dolo. l. eleganter. §. si quadrupes et. l. j. §. fi. ne quis cum qui in ius. vo. de sen. ex dilecto in vi cũ ibi no. Ex his sequitur responsio ad id de quo queritur scilicet qua pena veniant isti puniendi. Naz regula traditur per doct. Refert Johãnes an. in reg. quod quis mandato de re. iur. in mer. in fi. questionis que sunt antiqui doct. nico. de mat. de mutina florent. padue q quando ista tria cõcurrunt scilicz q quis aggreditur factum non dolosum et delictum sequitur in personaz eius contra quem aggreditur preter propositum aggredientis 7 tale delictum habet aliquam probabilem excusationem nulla pena venit imponenda. Sed si non haberet excusationem probabilem vel sequeretur delictum in personam alterius q̃ illius contra quem aggreditur tunc mitior pena imponitur q̃ sit a iure statuta 7 ordinata pro illo delicto quia inde ex iusta causa potest penas augere vel minuere. l. quid ergo. §. pena grauior. ff. de infami. C. e. 7 si seuerior cũ l. sequen. ff. de penis. l. hodie etiam statuarias cum statuta debeant limitari sc̃dm ius cõmune etiam in talibus penis vt dicit bal. in dicta. l. data supra allegata. Ita colligitur ex distin. quam ponit Johãnes an. in dicto. c. q quis in fi. Et allegat iura prosbã singula membra distinctionis. Nunc ad propositum in marito istius domine 7 in fratribus suis quorum ictu occisus pretus non perit omnia ista tria concurrunt quoniam fuerunt aggressi factum non dolosum in cõueniendo 7 congregando se ad inuicem 7 fulciendo se bastonibus quia ille interfectus prebuit eis causam que excusauit eos a dolo vt dixit in secundo euidentiali 7 sequutum fuit homicidium in personam illius contra quem factũ hoc aggressi sunt 7 non alterius. Item preter propositum vt patet ex genere armorum qui si dispositi fuissent ipsum interficere alia arma cepissent. l. j. §. dimus ad. l. cor. de sicca. intendebant ipsum castigare 7 non mortificare. Item q fecerunt iustam habuit excusationem quia de talibus iniurijs quales ille faciebat salicz in appellando pudicitiam dicte domine 7 insectando ipam et attentando peruenire ad factum non solet querela proponi coram iudice nisi per viles homines 7 impotentes qui de verecundia pensi homines et vulgus nõ curant cum sm̃ iudicium vulgarium hoim non pariua sequeretur ex hoc verecundia quia reputarentur viles et corrupti q̃ propijs manib (si possent) de talib se non vindicant sed expectant per iudicem vindicari.

Sz nec iudices de talib⁹ solent ius reddere sed trufari
& cachinari & ridere vnde iustã habuit occasionẽ mari
tus si ad iudicez nõ habuit recursus sed propria aucto
ritate disposuit iniuriã repellere & ppulsare quaz sine
graui verecũdia pati nõ poterat. ff. q vi. aut clam si ali
us. §. bellissime in fi. & qd ibi no. glo. puta si iudic. nõ ha
buit copiam ꝛc. Et qd no. C. de iude. l. nullus & l. ait p
tor. §. si debitorem. ff. de priui. credi. Nec ob. l. q̃ mul
ta facinora quia locum haberet si isti cum bastonib⁹ ac
cessissent ad domũ dicti interfecti causa ipsum castigã
di & sic ipsum aggressi fuissent vt patet ex illa. l. si bene
verba eius & mens cõsideret quod quidẽ isti minime fe
cerunt sed in domo propria expectauerũt vt ille potiꝰ
eos aggrederet sicut aggressus fuit cũ telo & sic animo
offendendi si quos reperiret cõdictores. Concludit er
go q cõcurrentib⁹ p̃dictis p̃fati maritus & fratres nul
lo modo debent puniri de dicto homicidio quod non
ipsi sed quidã frater vt dicit dicte domine qui captus
nõ est fecit quia non habuerũt intentionẽ cõmittendi
aliquid punibile. vt dicit bar. in. l. diuus ad. l. cor. de sic
ca. per. l. idem apud. §. si quis virgines. ff. de iniurijs et
quod no. in regula cum quis in mer. Neq; em̃ isti fe
cerunt aliquid quod scdm̃ cõmunẽ hoim̃ & vulgi opi
nionem fuerit malefactũ sed potius ꝓtrariuz q̃ fuerit
bene factũ quilibet audiens statim responderet & iudi
caret aut q̃ nõ fuerit turpe vel contra bonos mores si
turpe fuisset eis si non fecissent quod fecerunt attenta
vulgi opinione que nota est iudici vnde reputandum
est potius naturale insti. de iure naturali gen. & ciui. pꝰ
principiũ in versi. q̃ nõ naturali ꝛc. quod ius semp bo
num & equum est. ff. de insti. & iur. l. penul. in principio.
Et cum constet cuiꝰ ictu periit alij qui non habuerunt
animũ occidendi nõ tenent de occiso nec tanq̃ opem
prestantes cum homicidiũ impetu & pter ppositũ fue
rit ꝓmissuz l. fi. ff. ad. l. cor. d̃ sicca. Et p ange. de pusio
in dicta. l. q̃m multa facinora & p glo. et bar. in dicta. l.
fi. in prin. ff. de sicca. vbi determinat ista questio. Nec
ob. q̃ postea bar. subijcit circa mediũ scz q̃ alij punian
tur vt opem prestãtes quia verum est quando a primo
habuerũt animum occidendi tamen vnus solus occidit
assistentib⁹ alijs etiam si non vulnerarunt secus quan
do talem animũ non habuerũt & sic intelligit quod ipe
no. in prin. illius legis. Dictum vero ad illum qui int-
fecit & qui captus non est dicendũ est q̃ non tenet pe
na capitis sed debet pena mitigari quia fuit ab illo pri
mus percussus cũ ronchono & grauiter vulneratus vn
de temperare nõ potuit iustum dolorem. l. gratiꝰ in fi.
C. de adul. & p cy. C. vnde vi. l. j. in vlt. colũ. versi. Item
querit pone ꝛc. Ipse tamen loquit ibi quando primo
percutiens fugiebat & percussus fuit ipsum insecutus et
interfecerit tunc em̃ cum nõ timeret iteratã percussio
nem videt occidisse potius ad vindictam que non est
licita. l. scientiaz. §. qui cum aliter in fi. ff. ad. l. acq̃. ideo
punit sed mitius ppter iustum dolorem. Unde vidi
bal. papie consulentem q̃ non debebat decapitari: sed
pena mitigari per dictam. l. gracius & per. l. si adulteri
um cum incestu. §. impatores. ff. de adul. & per id quod
no. cy. in dicta. l. j. C. vnde vi versi. item querit. Sz in
casu nostro prefatus primo percutiens nõ fugiebat sed
instabat vnde poterat percussus iteratam repercussionẽ
per consequens potius ad sui defensionez censet ipm
repercussisse in capite de quo mortuus est q̃ ad vindi
ctam & sic nullo modo videt teneri de occiso per. l. si ex
plagijs. §. tabernari⁹. ff. ad. l. acquil. Et quod no. In
no. in. c. olim el primo super ver. innotuit de resti. spo.
Nec ob. si dicatur iste occisus percutiens cum roncho-
no fuerat primo percussus cuz bastano a predicto. Et
sic culpa videtur residere penes primo percutientẽ vt
dicto. §. tabernarius in fi. Nam respondetur q̃ si erat
percussus cum bastono non debebat repercutere cum
ronchono & amputare digituz vt audio quod fecit qz
per hoc excessit moderamen inculpate tutele. C. vnde
vi. l. j. & ibi per cy. in prima questione quia ibi loquitur
quando aliter se tueri non poterat fugiendo sicut po-
stea aufugit. Preterea ipe prebuerat causam verberi
bus illatis cum bastonib⁹ ingrediendo taliter domum
illius. Preterea sicut furem nocturnum licet occidere
& etiam diurnuz si se telo defendat. l. iij. §. fi. cum. l. se
quen. ff. ad. l. aquil. Et ita videt de isto qui plus de-
linquebat & plus iniuriabat.

Consiliũ. CXCIIII.

Quidam Nicolinus interfecit quendam doctum
quem in bello ceperat & de tali homicidio pacẽ habue-
rat postea fuit interfectus a dominico filio dicti docti
qui erat infans tempore quo doctus eius pater fuit a
nicolino interfectus queritur an p tali homicidio domi-
nicus veniat puniendꝰ stante statuto q̃ liceat filio vin
dicare impune necẽ patris.

In christi nomĩe Amẽ

Uiso processu & inquisitione formata per do-
minum capitaneum ciuitatis pistorij contra domini-
cum docti & socios de homicidio cõmisso in nicolinum
francisci comitatus pistorij. Uisaq; compitione bar-
tholomei pcur. dicti dominici & contentis in ea p de-
fensione ipsius dominici & sociorum & attestationibus
testium receptorum super articulis per eum datis. Ui
detur dicendum q̃ ipis non obstantib⁹ debeat proce-
di ad condẽnationem predictorum inquisitorum tri-
plici ratione. Prima quia homicidium cõmissum p
dictum nicolinum interfectum in personam dicti pa-
tris dicti dominici ratione cuius dictus dominicus se
defendit quasi licuerit sibi vindictam facere ex forma
statutorum cõmunis florentie proponit fuisse factam
tempore guerre sambuce & per inimicos ꝓmunis pisto
rij. Unde posito q̃ esset plene probatum non erat pu
nibile pena fori iudicialis quia licitũ est inimicos in bel
lo vel guerra occidere. ff. ad. l. cor. d̃ sicca. l. iij. §. fi. & hoc
a iure belli quod a iure gentium introductuz est & per
missum. ff. de iusti. & iur. l. ex hoc iur. Et sicut nostris li-
citum est occidere alienos in bello ita & econuerso cum
equa debeat esse conditio vtrorumq; sicut in captiuis
videmus. ff. de capti. l. postliminij ius in fi. prin. et. l. in
bello in prin. vnde facta pace etiam si alia remissio fa-
cta non fuerit de precedentibus homicidijs et iniurijs
factis in bello non potest fieri punitio per magistratꝰ
alterutrius partis ergo nec summi potuit vindicta per
priuatuz qui in hoc loco magistratus succedit & est po
tius executor rei publice q̃ vlter pprie iniurie. C. quã-
do licet vnicuiq; sine iudi. vindi. l. j. cum ibi no. Unde
vbi res publica per suos magistratus non puniret ibi
nec priuatus intelligitur permissa vindicta que in de-
fectum magistratus permittitur vt patet ex plene no.
in addi. specu. ti. de constitu. ante finem. Et in questio
ne Jaco. de are. quam refert Joh. an. in dictis addi. d̃
accu. §. sequitur super tercio mẽbro questionis in ma
gna addi. & ex no. in. l. in laqueum. ff. de acqui. re. d̃. et
l. iij. §. fi. ad. l. cor. de sicca. per bar. & l. libertas de statu.
bo. per cy. Secundo quia hic non solum pax sed etiaz
generalis remissio facta fuit de omnibus robarijs & in-
iurijs hinc inde factis per cõmune floren. q̃ locũ prin-
cip. tenent inter eos. Et sic posito q̃ de illo homicidio
cõmisso in doctum fuisset sumenda publica vindicta
fuit tamen remissa per habentem potestatem. ff. de pe
nis. l. relegati in fi. & l. moris. §. iste fere. ff. de questio. l.
j. in fi. C. de gene. abo. l. fi. Potuit etiam cõmune flo.

remittere iniuriam priuataz factam filio dicti docti eo etiam inuito 7 de ea facere pacem sicut 7 patris iniuriã 7 de iniuria filij.ff. de iniurijs.l.sed 7 si vnius.§.filio fa. 7 quod ibi no.per bar.in.l.in psonã.§.j.ff.de pac. Cuz princeps siue res publica erga subiectos locum parentis teneat.C.de inoffi.testa.l. si quis filiuz post prin.de defen.ciui.l.iij.in auc̃.vt iudices sine quoquo sufra.§. eos 7 ius iur.quod prestita.ab his.§.deuotos. Et statutum fuit q ipe dominic⁹ 7 similes qui tales iniurias recepissent tenerent' requisiti reddere pacem 7 eam seruare. Constat aũt q si dictus dominicus requisitus a dicto nicolino fecisset cum eo pacem nõ potuisset postea impune ipm offendere.x.coll.de pace tenẽ. 7 eius vio. ergo nec etiam ea nõ facta postq̃ ad eam fiendaz poterat cogi ar.optimum.C. de fideicõmiss.l.si credi.7 quod no.glo.ff. de condi.inde.l.si non sortem.§.adeo que incipit q̃uis facit.l. si finita.§.eleganter de dam. infec. 7 de fideicõ.lib.l. cum prio post prin. vbi pro libero habet' qui de necessitate mañtendus est 7 quib ad liber.pcla.non licet.l.licitus 7 qõ no.bar.post dy. in.l.iij.§.si seruus de acqui.pos.de illo qui debet rebã niri q anteq̃ rebãniat' nõ potest impune offendi quasi habeat' pro rebãnito ex quo potest petere se cancellari 7 est cancellandus õ bãno prout hic erat in sy. Et in dicta.q. Jaco.de are.de qua in addi.spe.ti.de accusa.§.sequit' in quarto ar.in tercia parte specu. Tercõ 7 vltimo quia 7 si predicta cessarent tamen homicidiũ cõmissum in doctum patrem dicti dominici nõ est proba.cum nullus testis deponat de visu sed solũ de auditu. Unde clarum est q nõ sufficerent ad condẽnandum nicolinum de dicto homicidio quia in talib⁹ debent esse pbationes luce clariores.C. de pba.l. sciant cuncti ergo non sufficere debuerunt ad faciendu dictam execution̄e quia vt supra dixi qõ non esset licitũ iudici nõ debet esse licitũ priuato qui loco iudicis succedit per no.in locis ꝑallegatis. His non obstantib⁹ licet prima facie satis vigere videant' inclino in partem contrariã q ĩmo debeant absolui. Et hoc primo quia factum lege vel statuto pmittente penam nõ meretur vt.l.gracius.C. de adulteris. Sed statutũ cõmunis flozen. pmittit filio facere vindictam patris interfecti cũ comitiua necessaria. Quod quidem statutum valet propter publicam vtilitatẽ que suadet maleficia puniri.ff.ad.l.aquil'. ita vulneratus. Et si talia statuta nõ essent multa remanerẽt impunita vt plene disputando concludit' in questione disputata quam refert Jn.an. n dicto ti. de cõstitu.ad fi. in dicto spe.7 dicta l.j.C.quando lice.vnicui.vin.7 in.l. accusationis in fi. go.magne.C.qõ me.cau. Item quia voluntas 7 propositum distinguũt maleficia.ff. de iniurijs.l.qui iniurie in prin.7.l.verum 7 sine dolo non cõmittit' homicidium punibile.ff.ad.l.coz. de sicca l.j.§. diuus qõ etiã habet locum in statutis punientib⁹ homicidiũ vt patet ex no.per bar.in.l.j.§.non autẽ.ff.si quis testa.libe. esse iussus. Sed iste dominicus nõ fuit in dolo quia nõ animo pmittendi homicidiũ hoc fecit sed causa faciendi executionẽ sibi a statuto permissam 7 sic nullam iniuriam censet' fecisse cum iur.executio nõ habeat iniuriam.ff. de iniurijs.l.iniuriaruz.§.j.ad qõ bonus tex.ff. de ventre inspi.l.j.§.si omnes ver. ceterum si non iniurie faciendo sed quia iuste credidit ꝛc. Nec obstant in contrariuz allegata per que clarius apparebit veritas. Et primo non ob.prima ratio quia habet locũ in bello licito sed bellum in quo doctus fuit interfectus non fuit licitũ ex parte qua erat nicolinus quia motũ per ciuem contra propriaz ciuitatem.l. si quis ingenua.§.in ciuilib⁹.ff. de captiuis. Unde homicidia cõmissa p adherentes illi erant puniẽda non ecõuerso.l.minime.ff. de religi.7 sup̃.fu. Preterea etiam in bello licito nõ est licitum occidere inimicum postq̃ captus est.l.libertas ff. de sta.ho.7 ibi per q.7 in dicta questione disputata per Jaco. de are. in quarto articulo. Sed vt dicunt' testes ille doctus vt dicitur fuit captus per nicolinum et se sibi dedit arrẽdẽdo se vnde nõ debuit interfici. Ite̅ non ob.secunda ratio in contrariũ facta quia dict⁹ dominicus tempore pacis facte erat infans. Et sic nõ potuit habere noticiam dicte pacis 7 contentoz̃ in ea cum careret intellectu vt.C. de fal. mõe.l.j.7.ff.de iur. iur.l.qui iurasse. Unde cum excusatus fuerit a principio si ignozauit dictaz pacem durauit excusatio propter hoc quia non fuit doctũ aliter de scientia.C.in q̃bus cau.m inte.resti.non est necessaria.l.j. de his quib⁹ vt indig.l.minoz⁹ sicut em̃ scientia que fuit a principio presumit' durare nisi probet' contrariuz.ff.de adile.l.fi.in fi.prin.C. de cõtraben.stip.l.magnã. Jta ecõuerso ignozantia.ff. de proba.l.verius. Et vt contrariozum sit eadem disciplina.ff. de le.iij.l.fi. Debuit ergo dictus nicolinus denunciare dicto dominico q euz non poterat impune offendere propter dictaz pacem et remissionem factam in ea 7 sibi protestari. Et de dicta pace 7 de contentis in ea fidem facere ostendendo instrumentũ vel aliam scripturam autenticam 7 reqzi rere eum ad pacem priuatam scd̃m cõtenta in pace p̃dicta publica ita determinat bar.in.l. non solum.§.fi. ff. de ope.no.nunc.in secũda q. principali de protestatione inhibitoria.q.ij. quando quis protestatur q nõ fiat id qõ prohibitus non tenebat' facere dicens q nõ tenetur aliter credere nisi modo p̃dicto fiat sibi fides quando p̃cessit causa propter quã credebat se posse facere prout fuit in casu nostro. Cum ergo hoc non fecerit non est imputandũ dicto dominico et socijs postq̃ p̃cessit causa iusta propter quaz si parum p̃dicta facta non fuisset poterat illum impune offendere.ff. manda ti.l.si fideiussor in fi.prin.7.§.si cum debitor cum.§.sequenti. Nec ob. si dicatur q saltem de culpa debeant puniri quia debuerunt expiare anteq̃ ad tam pcindi cialem actum procederent per ea que no.bar.in.l. penul.ff. de adult.7 in questione disputata de qua in addi.spe.ti.de obli.7 solu.super rubrica in fi.7 ti. de accu. §.sequitur in questione Ja. de are. in vltimo articulo in magna addi.ad quod benefacit.ff. de re.iur.l.qui in alterius in fi. Nã respondeo q bar.in dicta.l. de adul. loquitur quando quis fuit motus ad offendendu causa que nunq̃ fuerat habilis ad hoc licet putaretur esse vt propter bãnum non rite latum tunc.n. est bene q sibi imputetur si non expiet an bãnum propter qõ mouebatur erat rite latum vel non.l.iij.§.condemnatum.ff. de re iudi. de contratabul'.l. non putauit.§.nõ quenis. Sed quando processit causa habilis puta bãnum rite latum licet postea fuerit effecta in habilis vt quia fuerat cancellatus de libro bãnitoz̃um tunc non imputatur offendenti si non expauit an esset rebãnitus vel non ĩmo econtra imputatur offenso si non notificauit offendenti rebãnitionẽ. Et de ipsa fidem non fecit. Jta loquitur bar.in dicta.l.non solũ.§.fi. de ope. no.nunc. Et isto modo debent reduci ad concordiam dicta sua als fuisset sibi contrarius dum in dicta.l.non solum sentit q non facta denũciatione 7 fide predicta nullo modo debeat offendens puniri. sed in.l.penul.ff. adul. vult q puniatur õ culpa quia non explozauit q in diuersis casib⁹ loquitur 7 habentib⁹ rationes diuersas vt supra dixi. Sed in casu nostro p̃cessit causa habilis. scilicet homicidium in patrem dicti dominici licet propter pacem effecta fuisset in habilis 7 sic non est locus dicto bar. in dicta.l.penul. de adul. sed ei qõ dicit in dicta.l. non solum.§.fi. Item non ob. dicta Joh. an. in locis preallegatis qui loquitur eo casu quo precessit causa habilis que est effecta ex postfacto inhabilis 7 tamen dicit idem vt saltem de culpa teneat' quia si bene consideretur dictum suum vendicat sibi locum

quando offendēs sciebat factum sed errauit in iure vt quia sciebat bānitum soluisse 7 se debere cancellari tamen quia nōdum erat cancellatus putabat se posse impune offendere q̄ non poterat 7 tunc est bene quid si bi imputet. Et idem esset in casu nostro si probaretur q̄ sciuisset iste illam pacem 7 remissionem sed credidisset q̄ anteqū ipse redidisset aliam pacem posset eum offendere quod tamen nō esset vt in iuribus allegatis supra in secunda ratione ad partem contrariam. Sed si ponatur q̄ offendens ignorabat ius 7 factum puta q̄ bānitus soluisset 7 deberet rebāniri non posset procedere determinatio quam Jo.an.ponit in locis p̄dictis scilicet vt de culpa puniat quia tunc in nulla culpa posset dici cuz in facto alieno iustissima sit ignorantia.ff. pro suo.l.fi.l. doli.in fi.ff.de noua. 7 per bar.in.l. celsus de vsuca. 7 ignorato facto nō est quid imputetur si nō inuestigauit de iure disponente de illo facto ad quod optime.ff.mandati.l. si fideiussor.§. non male vbi dicta distinctio probatur. At in casu isto tam factum q̄m ius ignorauit dūicus quia a principio propter defectū etatis ignorauit pacem factam. Et illa ignorantia presumitur durasse nō probato contrario vt supra dixi 7 sic nil est q̄d sibi imputet si non expiauit de facto q̄d ignorabat licet quādo scit factum bene imputet si nō explorauit de iure disponente de illo facto 7 ita loquitur Jo.an.in locis p̄allegatis. Item non ob.l.qui in alterius de re.iur. que generaliter loquit etiam quando ignorauit factum nam licet tunc impetendo 7 aliuz molestando non obstante ignorantia incidat in penā conuentionalem ipo iure.l. ad diem de ver.ob.7.l.cuz filius.§.in hac tamen propter iustam ignorantiam restituitur in integrum ex clausula generali vt in nihiluz teneatur vt in omnib dictis locis no.per glo. Sed in casu nostro cum tractet de pena coporali talis restitutio non est necessaria sed ipo iure seruatur illesus quia de maiori agitur p̄iudicio.l.fi.C.in qui.cau.in inte.resti. Vel ipse iudex sine omni alia petitione cum ex suo officio debeat quere excusationes innocentis.l.si non defendatur.ff. de pig.l.j.in fi. de questio. etiam inuito reo.l. non tātū de appel. debet eos absoluere. Restat respondere ad vltimum dum dicitur q̄ dictum homicidium factum in doctum non est probatū 7 sic perinde est ac si factum non fuisset.l. duo sunt ticij de testa. tute. Ad hoc dupliciter respondet. Primo quia posito q̄ non esset sufficienter probatū q̄tum ad condēnandum nicolinum de ipso homicidio si viueret quia de maiori p̄iudicio 7 de odio tractaretur. Et sic cauci? esset agendum.l.j.§.sed 7 si quis.ff.ad carbo.C.de appel.l.ne causas 7 ibi no.7.l. additos 7 sic clariores probationes requirūtur.l.sciant.C.de proba.tamen in casu nostro vbi agitur de fauore.i.de absolu.videtur sufficienter probatū cum probetur fama saltem per duos testes scilicet primum 7 quartum que facit semiplenam fidem quando habet iustum fundamentū 7 causam vt hic dicitur habuisse vt no.in.l.iij.ff. de testi.7 p bar.in.l.de minore.§.tormenta.ff.d̄ questio. Item p plures testes probatur confessio dicti nicolini facta extra iudicium 7 partis presentiam que in ciuilibus facit semiplenam probationem vt no.bar.in.l. admonendi ff.de iur.iur. Et bal.C.de fur.l.j. in ante pe'lt.colū. que due semiplene probatōes licet sint diuersi generis facti vnam plenam probationem ꝑm bar.7 bal.in dictis locis 7 est tex.in.c.fi.de succes. ab intes. Et si dicatur q̄ improbanda confessione sunt testes singulares quia non apparet q̄ sint concordes in loco 7 tempore. Respondetur q̄ imo censentur concordare scilicz nel lus 7 andreas franciſci qui dicunt q̄ pluries et coram pluribus fuit nicolinus confessus vnde propter generalitatem illorum verborum censentur inuicem cōcor dare quia cum possibile sit eos vno et eodem tempore et loco audiuisse licet non recordetur alter de altero q̄ fuerit presens cum equo verba ipsorum dum dicūt q̄ pluries 7 coram pluribz ꝛc. possunt hoc includere 7 p̄sumūtur de eadem confessione deponere ita notabiliter ponit Jnno.in.c. qualiter 7 quando de accu.in prima colū. versi.7 notandum ꝛc. Et in spe.de inquisitione.§.nunc tractemus in.iij.colū. versi. Item sufficit sine eodem tempore circa finem. Si ergo talis confessio probata faceret in ciuilibus semiplenam fidem eodem modo in casu nostro vbi tractatur de absolu.facit.c.q̄ sit graue cum ibi no. de excess.p̄la.7 quod no.in.c. cum super de confes. Sed respondetur q̄ etiam dicta testium predictoꝝ non resultaret directa probatio saltem quia resultat indirecta tum quia eam vehementer adminiculantur q̄d animū iudicis debet inducere ad perfectam credulitatem. Nam ex multis 7 diuersis ar. debeat informare animi sūmotuz.L.iij.ff.de testi. et dicto c.fi. de succes.ab intesta. tum quia sola probatio fame videtur sufficere cum illa det iustam causam credulitatis. Et exculcet credētē. C. si ser. aut lib.ad decur.aspi. l.preses 7 ibi no.per glo.7 bar.7.l.ꝓprietatis.C.de p̄ba.l.cum quidam.§.quod dicitur de acqui.here.de bere.instī.l.fi.l.miles.§.penul.de adul. Nec em̄ iste dominicus habuit potestatē recipere testes super morte patris cum ad priuatuz non pertineat vt no. Jnno.in.c, cum nobis olim de elec.sed sufficere debuit q̄ sic publice diceretur per fide dignos nam ex hoc quasi certus redditus fuit q̄ ita erat etiam si ita non fuisset.ff.de testa.tu.l.si quis ita.§. si quis cum ver.pinde vbi bonus tex.potissime quia fuit requisitus vt redderet pacem. Et sic videbat ille fateri q̄ occiderat: sicut ille qui petit se absolui ab excōmunicatōne videtur fateri se excōmunicatuz.c. venerabilem de elec.7 ibi no.7 per bar.in l.x.ff.de bo.ob. Non ergo credidit delinquere sed sibi licitum esse 7 dabat operam rei que si ita fuisset vel sicut fama ferebat erat licita propter p̄missionem statuti ergo ꝛc.l.j.§.si omnes ver. ceterum de ven.in spi.allegata. Tercio 7 vltimo respondet q̄ 7 si omnia predicta cessarent negari non potest quin dicta dictoꝝ testium reddant rem dubiam.l.iij.§.cause cognitō.ff.ad carbo.7 no.in.l.j.C.de ꝓcura.per glo.7 doc. Et in criminalibus regula est q̄ in dubio sanctimus est nocentem absoluere q̄m innocentem condēnare.ff.d̄ penis.l. absentem ergo ꝛc.

Consiliū.CXCV.

Quando violentia infert iuste a iudice puta in capiendo aliquez vel a priuato puta offendente illū quē licite potest offendere defensio nō est concessa nec homicidium subsecutū imputat.

Nchristi nomie Amē

Visis suprascripto puncto 7 statutis de quibus in eo fit mentio videtur dicendum prima facie dictum metum 7 socios deberi puniri rationib infrascriptis. Prima quia ipsi videntur dedisse operam rei illicite 7 sic de omni eo quod sequutum est etiam preter propositum videntur teneri.C.ad.l.iul. vi publica .l. quoniam multa facinora.ff. de iniurijs cum qui nocentem.§.penul.extra de homi.c.fi.li.vj.7 no.in so.q.posite in regula q̄ quis mandato in mercu. q̄ autem dederint opera rei illicite probatur quia tenebant ad offendendum quod est prohibitum iure naturali gentium 7 ciuili.ff.de iusti.7 iur.l.vt vim versi. Et cum inter nos. Nec obstare videt q̄ dictus poterat impune offendi tam ratione banni q̄m ratione vindicte de quib? in puncto etiam in dictis statutis quia non ꝓpter hoc

offensio in eius persona videbat licita licet esset impunita sunt enim ista diuersa cum in multis casibus maleficia sint impunita nõ tamen per hoc sunt permissa. Sed tollerata dicunt vt plene no. per glo. iij. dis. omnis autem lex. Nam aliud est dicere q bãnitus possit licite offendi quia tunc offensa esset licita 7 pmissa aliud qõ possit impune offendi quia tunc offensa nõ redditur licita nec pmissa sed impunita que duo simul stare possunt vt patet ex dicta glo. c. omnis. iij. dis. Si sic ergo licebat dicto nicolao se defendẽ. ff. de iusti. 7 iur. l. vt vim. Et eodem modo licebat dicto bolongnino eius fratri eum defendere. vt ibi no. per glo. que incipit fortibi dum dicit affectõez considerari ꝛc. Quinimo ꝑm Ja. de ra. pe. 7 cy. alteri cuicũq; etiam nõ coniuncto ipsum nicolaum defendere quia si negocia nostra possunt iuuari per alium quẽcunq; .ff. de neg. ges. l. j. 7 per totum fortius persona nostra que dignior est C. de sacrosanc. eccl. l. sanctimus vt no. cy. in. l. j. C. vn de vi. versi. vlterius quero 7 videtur casus in. c. dilecta de sen. ex. li. vj. licet a n teneat vel non sit maius dubiũ vt no. in regula culpa caret de re. iur. li. vj. Si ergo licebat bolõgnino defendere fratrem suum ergo non licebat ipsuz offendere vt probat in dicta. l. videlicet de inius 7 iur. Secunda ratio quia si contra nicolaũ offensa fuisset non solum impunita sed licita et permissa non tamen si erat in personam bolongnini qui nõ erat bãnitus. 7 in quem non poterat fieri vindicta igitur deberet puniri posito q darent operaz rei licite. Et posito q inaduertenter fecissent. ff. ad. l. acqui. l. scientiaz qui cum aliter versi. sed si defendendum. Et Jo. an. in dicta regula quod quis mandato et bar. in. l. diuus. ff. ad. l. cor. de sicca. post medium ibi predicta vera quando deliquit quis plus circa personaz ꝛc. potissime quia metus non fuit percussus a bolongnino nec proponitur q timeret geminata repcussio ergo ꝛc. vt no. Jno. de resti. spo. c. olim sup verbo innotuit in fi. Tercia ratio quia statutũ sub rubrica de pena facientis vel fieri facientis vindictam ꝛc. permittit offendi illũ qui impedit vindictam fieri eo modo quo poterat offendi ille in quem fienda erat vindicta dum dicit sicut poterat ille ꝛc. Sed iste nicolaus nõ poterat occasione vindicte offendi simpliciter sed cum moderamine scilicet vsqz ad cõpetentem vindictaz eo quia non cõmiserat in dictum metum aliquod de illis grauibus maleficijs cõprehensis in principio dicti statuti vt patet ex puncto: in quibus fuisset licita offensio simpliciter 7 indistincte. Sz in casu nostro permissa erat eo modo quo dixi vt patet in dicto statuto versi. 7 si quis aliquo modo ꝛc. Si hoc est ergo nec bolongninus potuit offendi vsqz ad mortem ex quo nec ipe nicolaus poterat sibi offendi. Et per consequens remanemus in statuto de pena homicidium ꝓmittentis quia negari nullo modo posset quin studiose 7 pmeditate in illum proiecerit lapidem ergo ꝛc. His tamen non obstantibꝫ que volui vt veritas clarius eluceſcat que per pdicta videtur obfuscari. Dico contrarium. s. q predicti metus 7 socij non debent puniri: aut si debet non tamen pena homicidij sed alia leuiori. Et sic non de dolo sed de culpa pro quo ostendendo assummo fundamentuz contrarium eius quod supra dixi. sez q iste metus et socij dabant operam rei licite propter bannum nicolai. Et propter offensam factam in dictum metum per dictũ nicolaum vt in statuto de pena receptantis ꝛc. Et in statuto de pena facientis aut fieri facientis vindictam que pmittunt ipsum nicolaum potuisse impune offendi. Et sic illa non poterat dici offensa postq̃ erat impunita. ff. ꝺ manu. testa. l. testamento centurio. §. fi. loquor de offensa prout est delictum cum regulariter delicta sint punienda. ff. ad. l. acquil. l. ita vulneratus ante finem de fideius. si a reo. §. quod vulgo 7 non prout summit offensa pro eo q ad iracũdiam prouocat quia tunc dici potest offensa 7 illa que non punit. ff. de his quibus vt indig. l. j. 7 ibi no. per bar. 7 per eundem. C. de inoffi. testa. cuz te. 7. l. filia inorbitatis. ff. de publica. l. licitacio. §. quod illicite. Potius ergo dicitur fuisse executio vindicte publice seu publice iniurie inquãtũ nicolaus erat bãnitus 7 poterat a quocũq; impune offendi. Et sic metus non vt metus sed tanq̃ quilibet de pupillo poterat eum offendere. Item erat vindicta pro uate iniurie inquãtum ipe metus vt metus poterat se vindicare de iniuria sibi illata quod sibi ponit a statuto cõmitti tam in primo q̃ in secundo casu. C. vt licet se sine iudi. vin. l. j. Et quod ibi no. 7 ar. eorum que no. in l. iuste. ff. ꝺ acq. posses. 7. C. vñ vi. l. meminerit per glo. que dicunt q iudex potest cõmittere alicui executionem in propria causa ergo fortius statutũ constat aut q iur. executio non habet iniuriam. ff. de iniurijs. l. iniuriarum. §. j. Et quod legitime factum est pena non meretur. C. de adul. l. graccus. Cum igitur dictus metus tanq̃ executor constitutus a statuto super iniuria tam publica q̃ priuata fuerit nicolaum aggressus. Et sic licite non licebat dicto nicolao nec alteri ex pte sua facere resistentiam aliquam seu defensam et faciendo contrarium tanq̃ ipsi fuerint in culpa non tenetur metus de homicidio sub secuto casus est notabilis. C. de his qui ad eccle. confu. l. si seruus versi. sed si illuz. ff. ad l. acquil. l. q̃admodum. §. ingrãtus versi. sed quid ramen pro quo etiam glo. or. in dicta. l. vt vim de iusti. et iur. in prima glo. que tenet q quando violentia infertur a priuato iuste non est licitum sibi resistere p. l. iiij. ff. ad. l. acquil. Et idem dicit si infertur a iudice facit. l. iij. ff. q me. cau. Et si hoc est ergo resistendo est in culpa 7 per consequens sibi debetur imputare casum in suam personam seu culpã contingentem. ff. ad. l. acquil. l. item mela post prin. ibi q̃uis nec illud ct. l. prete. §. fi. Hoc etiam quod dixi tenet Jaco. bu. C. his qui latro. l. ij. vbi dicit q si aliquis se defendat 7 non permittit se capi a familia publica que iuste ipsum capere potest et propter hoc contingat ipsuz interfici a familia tale homicidium est impunitum per dictam. l. si seruus. C. de his qui ad eccle. confu. Idem ergo in casu nostro cum licita esset offensio ibannitum. Et dictus metus tanq̃ publicus executor seu publica persona exequeretur actum licitum vt dicta. l. j. C. vt licet se sine iudi. vin. di. licet eiꝰ non esset executor necessarius. vt no. q me. cau. l. accusationis per g. erat tamen voluntarius 7 q̃c. quid faciebat auctoritate statuti faciebat pro vtraq; vindicta tam publica q̃ priuata vt dixi 7 sic erat licitus actus eius vt dicta. l. gratius. C. de adul. 7 dicta. l. iniuriarum. §. j. ff. de iniurijs 7 sic resistendum sibi non erat xj. q. j. qui resistit. ff. de rei. ven. q restituere. facit q no. in. c. j. ne prela. vic. suas. Et hec est prima ratio p quaz concluditur dictum metum ad nihilum debere puniri. Nec obstant allegata in contrariuz. Nam dico q interdum maleficium redditur impunitum non propter culpam eius in quem cõmissum fuit sed ad euitandum maius malum 7 tunc fateor q ex hoc non redditur actus licitus vel cõmissus sed tolleratus. Et ita loquitur glo. in dicto. c. omnis lex. iij. dis. et procedit arimo loco factum in contrarium. Interdum offensa redditur impunita propter culpaz 7 defectum illius in quem cõmittitur vt est in casu nostro quia propter cõtumaciam banniti in non soluendo condemnationez redditur offensa facta in eius personaz impunita que contumacia est delictum ei. l. contumacia. ff. de re iudi. de suspectu. l. impuberem 7 tunc offensa redditur licita ex dicta impunitate quia vt dixi potius est executõ pene delicti contumacie q̃ sit de se maleficium cum ea propter dictam contumaciam possit iudex facere execucionem pene primi delicti: in quo fuit condemnata.

indicit statutum bellum vt impune possit offendi ꝛ sic timore hoc cõpulsus soluat vnde potest dici pena medicinalis sicut excõmunicatio de sen.ex.c.j.li.vj. Non curo ergo qualiter statutum dicat an ꝙ bannitus possit impune offendi an ꝙ pro offensa facta in bannitum non possit inquiri vel processus fieri prout dicit in presenti statutum prati quia cum intelligentia verborum etiam ex causa sit assumenda de verbo.sig.c.intelligentia.facit.ff.de le.ij.cum pater.§.dulcissimis. de his qui intesta.def.l. cancellauerat cum in quolibet dictorum casuum sit impunitas propter delictũ contumacie ipius banniti sequitur ꝙ dacõ impunitatis est promissio offense quia dicta offensio est potius pena contumacij offensi cũ delictum offendentis.ar.ff. de inlitẽ.iurã. l.j. Et quod ibi no. Sequitur ergo ꝙ non erat licitum resistere actui licito vt supra dixi. Preterea posito ꝙ primum ar.factum in contrarium procederet videlicz ꝙ offensa in bannitum non esset licita vel permissa sed tm impunita et tolerata. Et sic fuisset licitum resistere in se defendendo cũtum ad hoc vt si se defendendo offenderet offendentem non deberet puniri tancꝫ licite se defenderit.l.scientiam.§.qui cum aliter.ff.ad.l.ac quil.ad quod recte considerando tendit illud ar. Nõ tamen sequitur ꝙ ex offensa facta in ipsum resistentes se defendentem debeat puniri offendens:cum ipe vt dixi exequiretur actum licitum ꝛ a statuto permissum saltem quo ad punitatem. vnde ista possunt simul stare ꝙ bannitus possit impune se defendere contra offendentem ex permissione statuti. Et tamen si offenda tur nõ debeat offendens puniri per dictam.l.graccus de adult.non ergo concludit dictum primum ar. Per que potest responderi ad ea que notauit domin⁹ Jo. de lignano in tractatu de bello super articulo de bello primato articulo primo vbi salua sui pace non videtur bene sensisse dũ dicit ꝙ bannito licita est defensio quã do offensio non est effecta licita per statutum sed solũ impunita. Nam immo videtur ꝙ indistincte ꝛ posito ꝙ esset licita defensio non tamen concludit ad casum nostrum. Sed cũtum ad punitionem offendentis per rationes quas dixi supra. Si ergo in casu nostro non licebat ipi nicolao nec se defendere nec etiam dicto bolongnino licebat ꝛ sic homicidium in eius personam se quutum tancꝫ sui culpa euenerit debet esse impunitũ vt dicta.l. Item mela post prin.ff.ad.l.acquil.qui metuit carnit culpa ipe bolongninus non ꝛ sic sibi impu tet de re.iur. dãnum quod quis ꝛc. Ad secundam racionem in contrarium factam respondetur per predicta ꝙ licet bolongninus non esset bannitus nec offendisset ꝛ sic nec poterat impune offendi. Respondetur circa si non se implicasset rei ad se non pertinenti.i. ad impediendum executionem quã dictus metus iuridice faciebat ꝛ ita loquitur.§. qui cum aliter versi. Sed si defendendi et alia contra in contrarium allegata in illa tercia ratione in contrarium facta scilicet quando talis tercia persona non fuit in culpata al's secus vt dicta.l. Item mela prin.ꝛ.l.item si obstetrix.§.fi. Sz hic secus vt dixi.ff. de re.iur.l.culpa est imissere se rei ad se non pertinenti. Nec obstat illa.l. Item si obstetrix.§. fi.in fi. ibi qui tamen data opera ꝛc. quia ibi loquitur quando ioculator fuit in dolo quia data opera ꝛ nulla subsistente causa rationabili percussit illum qui fuit in culpa intrando locum ludi quo casu dolus preponderata culpe. Sed in casu nostro dictus metus non fuit in dolo:cum exequeretur actuz licitum ꝛ resistit ei ꝙ ipsum impedire volebat. Sed in dicto.§.fi. ille percussus non impediebat actum licitum. Ideo nullam causam habuit ludens ipsum percuciendi non sic in casu nostro. Constat autem ꝙ quelibet causa non solum iusta sed etiam iniusta excusat a dolo.l. igitur.ff. de libe.cau. de abige.l.j.ꝛ no.in.l.j.in fi.magne glo.ff. si quis ius di

cẽ. non ob.temp. In casu igitur nostro dictus metus non dicitur fuisse in dolo ex quo sibi volenti actum licitum facere resistebatur. Et sic non dicitur data opera fecisse nec habet locum ille.§.in fi. Occisus vero bene fuit in culpa ergo ꝛc.per predicta. Item non ob.ꝙ metus non fuit percussus seu socius meti quia iniuriaz fecit socio censetur facta ei:in cuius societate erat et potest a socio propulsari vt no.cy.C. vnde vi.l.j. in vltima colũ.versi. vlterius quero.per.l. Item apud labeonem.§.si quis virgines.ff. de iniurijs. Ad terciam rationem supra factam in contrarium respondetur ꝙ licet dictus metus virtute statuti loquentis de pena facientis vindictam non debuerit dictum bolongninuz grauius offendere cũ sibi liceret offendere nicolauz scilicet vsqꝫ ad cõpetentem vindictam per illa verba statuti sicut poterat ille ꝛc. Tamen virtute alterius statuti de pena receptantis ꝛc. sibi licebat offendere quacũqꝫ graui offensione quia cum illud permittat bannitũ offendi seu mandet ꝙ de offensa facta in eum non ꝓcedatur quod idem est vt supra probaui sub dictis verbis cõprehendatur etiaz ꝙ impune possit occidi per.l. iij.§.fi.ꝛ quod ibi no.per bar.in fi.ff. admendis legatis ꝛ consuluit bar.in consilio quod incipit statuto castri plebis ꝛ Jo.an. hoc tenet in addi.spe.ti.de homicidio super rubrica sicut ergo poterat impune occidere nicolaum ita et alium quẽcunqꝫ sibi in hoc restentem. vt dicta.l.si seruus.C. de his qui ad eccle.confu. Preterea posito ꝙ sibi non licuisset in plus offendere cũqꝫ vsqꝫ ad cõpetentem vindictam attamen plus offendendo non punitur tancꝫ de dolo sed tancꝫ de culpa quia cum vt dixi aggrederet factum licitum non potest dici fuisse in dolo sed quia non temperauit ꝙ est difficile fuit in culpa ideo punitur micius vt est casus in.l.gracus in fi.C. de adul.expresse per Jo.an. in dicta rubrica de homi.in addi.spe.in fi.vbi tenet ꝙ excedens modum in vindicando punitur de culpa nõ de dolo. Ad predicta facit ꝙ dictus bolongninus incepit percutere vnde aut timebatur iterata repercussio alia vt meto percutere.l.si ex plagijs.§.tabernarius.ff. ad.l.acq̃. ꝛ no. Jnno.in.c.olim de resti.spo. super verbo innotuit ꝛ sic nullo modo deberet puniri: quia ita poterat dubitare de repercussione in personam socij. Aut non timebat iterataz repercussionem ꝛ tunc saltem agnoscẽdum est sibi vt micius puniatur postqꝫ prouocatus fuit ex prima percussione ar.ff. de bo.lib.l.qui cum maior §.si libertus ꝛ per cy. in dicta.l.j.C. vnde vi.versi. Itẽ queritur pone ꝙ quidam. Preterea cum dictus metus haberet ensem ꝛ percussit cuz lapide apparet ꝙ nõ habuit animum occidendi.ff. de sicca.l.j.§.sed si claua. ꝛ sic non habet locum statutuz de pena homicidij que requirit vt studiose repensa,ob hunc finem fecerit qõ hic esse non potest vt dixi. Laus deo.

Consiliũ.CXCVI.

Mulier an teneatur subire onera pr̃imonialia pro bonis que habet in loco originis licet mutauerit domicilium propter mr̃imoniũ.

Nchristi noie Amen

Posset quis dicere ꝙ statutum nõ valeat tãqꝫ sit contra libertatem ecclesiasticam per ea que no. doc.in.l.fi.C. de sacrosanc.eccl. Sed respondetur ꝙ istud posset procedere inquãtum loquitur de ecclesijs ꝛ pijs locis ꝛ ecclesiasticis personis vt eius non possint bona mobilia alienari tancꝫ non subiectis ꝛ non sustinentibus onera. Non autem inquantum loquitur de laycis ꝛ secularibus vnde cũ ipsi possint separari a pri-

mis sequitur q̄ vtile per inutile non viciatur. l. pecunie fenebris. ff. de vsuris de dona. inter vi. 7 vro. si sponsus. §. 7 generaliter cum ibi no. et in regula iuris vtile.

Secundo posset dici q̄ nec q̄tum ad laycos nō subditos valet vt possit eis auferre facultatem emendi et acquirendi concessum a iure cōmuni vel gentium. ff. de iusti. et iur. l. ex hoc iure gentium. iuncta. l. ij. in fi. ff. de vsufruc. earum rerum que vsu consu. 7 l. dudum. C. ō contraben. emp. iuncta etiam. l. cunctos populos de sūma tri. in vr. quos nostre clementie regit imperiuz ꝛc. a contrario sensu. Sed respondetur q̄ imo tale statutum valet ne forenses 7 non subditi possint acquirere de contraben. emp. l. si in emptōne. §. j. ibi vel mores ciuitatis ꝛc. Et. l. in quorū. ff. de pigno. 7 quod no. bar. in. l. multum. ff. de ver. ob. C. non licere babi. met. l. j. li. xj. maxime in casu nostro quia prohibitio dicti statuti dirigitur in personas alienantes que subdite sunt statuentibus non in eas in quas fit alienatio que nō sunt subdite 7 etiam effectus prohibitionis dirigitur in res existentes infra territorium statuentium que similiter sunt subdite. Et sic potuerunt statuentes eas afficere hoc onere ne in alios transferantur: sicut et alio onere reali. ff. de mune. 7 one. l. rescripto. §. fi. 7 quod no. In no. de fo. cōpe. c. postulasti. Tercio posset dici q̄ dictum statutum non habeat locum in ista domina xp̄o fora matre quia si reliquisset bona īmobilia in dicta ciuitate bellun. vnde est oriunda sustineret onera patrimonialia in dicta ciuitate bellun. pro illis bonis licz alibi nupta sit. vt est tex. in. l. j. in fi. C. de mulieribus et in quo loco li. xj. Sic ergo non sustinet hoc accidit ex eo quia bona nō habet ibi non ex eo q̄ sit inhabilis ad acquirendū sicut nec quilibet alius de dicta ciuitate bellun. qui ideo non sustineret quia nulla bona haberet nam absurdum esset dicere q̄ propter hoc esset inhabilis ad acquirendum quia dictum statutuz debet intelligi dum loquitur de non substituente onera scilicz habitu vel actu. Secus in eo qui habitu licet non actu q̄ bona non possidet ne sequatur inconueniens de quo supra. Sed ad hoc respondetur verum esse q̄ si dicta domina reliquisset ibi bona īmobilia vel ea ibi haberet ibi sustineret onera p̄imonialia scilicet mere realia vt intributiones que in ipis rebus imponūtur 7 sunt onera ordinaria. C. de epis. 7 cle. l. iij. 7 ita debet intelligi. l. illa. j. C. de. mulierib⁹. Et in quo loco in fi. Sed illa que imponuntur personis propter res vt sunt collecte que similiter dicuntur patrimonialia. l. rescripto. §. fi. ff. de mune. 7 one. Sunt tamen extraordinaria quia nō semper nec vniformiter sed aliquando 7 sc̄dm occurrentiam casuum imponūtur non sustineret quia illa nō imponuntur nisi subditis 7 municipibus non autem non subditis licet bona ibi possideant. dicta. l. rescripto. §. fi. quia sola possessio non facit eos subditos. l. libertus §. sola. ff. ad municipa. C. de incol. l. cum neq̄. Et hoc voluit glo. fi. in dicta. l. vnica. C. de mulie. 7 in quo loco dum opponit de illis legibus. mulier autem alibi nupta nō est subdita vt sic possint sibi imponi onera que imponuntur persone propter res 7 multo minus mere personalia. l. fi. §. idem rescripserunt. ff. ad municipa. l. cum quedam. ff. de iurisdi. om. iudi. non est ergo bona compatio de dicta muliere ad aliud oriundum de bellun. vel ibi habentem domicilium sed nō bona quia ille licet non sustineat onera patrimonialia sustinet tamen mere personalia. Et si haberet bona non solum sustineret onera mere realia que rebus imponūtur sed etiam illa que personis propter res. vt dicta. l. rescpto §. fi. Sed ista nec mere psonalia sustinet in bellun. nec si haberet bona sustineret illa patrimonialia que imponunt psonis ꝓpter res vt dictū est. Et si cōtrariū fieret hoc esset potius de facto q̄ ō iure: igitur potius cō paratur penitus extraneo vel forensi qui non propterea reputatur habilis ad acquirendum q̄ si ibi haberet bona sustineret onera mere realia quia statutū cuz loquatur simpliciter requirit q̄ persona cui fit alienatio sit subdita 7 habilis ad sustinendum omnia onera tam personalia q̄ realia vel mixta ad hoc vt alienatio valeat al's eius esset statutum predictum si sufficeret q̄ esset habilis ad onera mere realia. nam statim q̄ acquiretur efficeretur habilis ad illa igitur inhabilitas respectu personalium illa enim nō tollitur nec purgatur per acquisitionem bonorum. vt dicta. l. cum neq̄ 7 dicto. §. sola. Ad notata vro per bar. in fi. §. Item rescripserunt responderi potest vt supra. sponsum est per dominum primo consulente quia ipe loquitur in statuto prohibente fieri alienationē in forensem. Hic in non subditum 7 non subeuntem onera licet enim talis mulier non possit oīno dici forensis potest tamen proprie dici non subdita et non subiens munera. Hec enim duo consistunt in iure. Primuz vro in factum quod non potest ita tolli 7 obfuscari. l. absumptio. ff. ad municipa. forenß enim est ille qui ibi natus non est. Si vro est nō est mere forenß licet pro forensi possit haberi: si desit esse subditus 7 subire onera 7 aliud est esse talez 7 aliud haberi pro tali iuxta no. in. l. si maritus. §. j. ff. de adult. Sed bene potest dici q̄ vere non sit subdita nec sustineat onera per iura supra allegata quia que in iure consistūt induci possunt p̄ veritatem ideo non inducunt p̄m fictionem. iuxta no. per bar. in. l. si is qui per empto. ff. de vsuca. Concluditur ergo vt supra per precedētes eximios consultores est conclusum dicta bona pertinere potius ad auiam maternam q̄ ad matrem quia si contrarium dicerem⁹ peruenirent de matre ad filios secūdi matrimonij qui sunt penitus forenses quod esset contra intentionem statuti. Laus deo.

Consiliū. CXCVII.

Incidens decisum an possit in alio iudicio reflicari.

In christi noie Amen

Ut plene attingamus id de quo queritur plura per ordinem sunt videnda. Primum est vtruz cōmune tetri possit intentōnem suam fundare super sententia primo loco data in sui fauorem. Ad quod breuiter 7 sine dubitatione dicendum est q̄ non quia sentētia illa principaliter fuit lata super reuocatione cuiusdam litere seu precepti facti q̄ quedaz casaria que tūc facta erat deberet remoueri: vnde in illo iudicio nō fuit deductum principaliter ius petitorij vel possessorij vtriusq̄ partis: sed solum incidenter principaliter antem solum fuit discussum an illud preceptum deberet reuocari vel non. Et fuit illud iudicium sūmarium q̄ sine libello 7 lit. cōtes. 7 sicut de facto emanauerat. Ita petitum fuit de facto reuocari. l. si minor in prin. cum ibi no. ff. de euic. sententia ergo in illo iudicio lata solus fecit preiudicium super eo super quo lata est principaliter scilicet super reuocatione precepti non autem super his que deducta fuerunt incidenter scilicet super iure vel quasi possessione retinendi casariam quo minus non obstante. talis sententia possit nunc principaliter deduci in ordi. iudicio pfessorie vel negatorie vel vti possidetis. per. l. si quis a libe. §. si vel parens. ff. de libe. agnos. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. pe. de re iudi. l. a diuo pio. §. si super reb⁹. Et quod plene no. bar. in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de verbo. obli. in quarta colū. in distinctione magna quam facit an sententia lata sup principali preiudicet incidenti. 7. l. j. C. de or-

di.iudi.7 quando prono.non est necessl.ſ.in vlt.colũ. versi.videndum est qñ de nullitate ꝛc.7 p Inno.in.c. fi.in fi.magne glo.de ordi.cog.de causa pos.7 proprie. c.cum etiam superna in vlt.col'.super verbo faciendos facit.l.si pri.ff.de ope.no.nunc.de aqua quoti. 7 esti.l. fi.Et hec esse vera illi hidem consultores ad quozũ cõ silium lata fuit illa prima sententia dixerunt expresse eius tenor fuerit in dicta sententia incertus 7 ad ipsuz se referat sententia predicta perinde est ac si hoc idem fuisset per dictam sententiam declaratum videlicet q in principali causa petitorij vel possessorij nullum faci at illa sententia preiudicium ar.l. asse.toto.ff. de here. insti.de condi.7 de.l. si ita prescripsero. Et per conse quens non facit ar.ff.de le.iij.si quis in prin.§. miles et quod no.in.l.7 puto.ff.famil'.ber.in parua glo. Nõ er go potest dicta cõmunitas tetri se fundare super dicta sententia prima tanqꝫ per eam sit vel fuerit declaratuz habere ipsam ius retinendi dictam casariam vel esse in quasi possessione dicti iuris retinẽdi per ꝓdicta. Se cundo videndum est an possit intentionem suam fun dare super possessione vel quasi in qua erat tẽpore la te sententie predicte. Et in qua fuerat per aliquod tẽ pus ante 7 etiam fuit per post in totum vt dicitur per annos nouem vt sic per hoc probetur dictam cõmuni tatem tetri habere ius retinendi dictam casariam in lo co predicto. Et ad hoc etiam respondetur clare q nõ quia possessio vel quasi possessio pterita que hodie nõ fit non sufficit ad probationem iuris super proprieta te vel iure in re.ff.de pigno.l.7 que nõdum.§. quod di citur 7 no.bar.in.l.penul.ff.de condi.institu.et Jo.an. in.c.illud de presump.circa medium magne glo.in no uella 7 quod no.bal.C.de rei ven.l.iudicia sed illa pos sessio fuit ꝺ preterito 7 nunc non est nec fuit a.xxiij.vt dicitur annis citra qs dicta casaria stetit remota. Jsta vero que nunc est a tempore repositionis dicte casarie dicitur 7 est noua possessio de qua nunc nõ querimus 7 est improba 7 clamdestina que non prodest. C.de ac qui.pos.l.improba.de proba.l.ius eius. Quod autem illa prima possessio fuerit perdita per remotionem ca sarie si ipsimet remouerunt probatur in.l.qꝫis saltus ff.de acqui.pos. vbi dicitur q possessionem perdi per actum contrariñ ei per quem fuit acquisita.facit.l.pro ut quisqꝫ.ff.de solu. de regu.iur.l. nihil tamnaturale: sed acquisita fuit per actum ponendi 7 retinendi casa riam ergo per actum contrarium scilicet remouendo 7 destruendo fuit perdita statim.l.iij.§. in admitten da.ff.de acqui.pos.Si vero per alium sine ipsoruz vo luntate fuit remota tunc eo ipso q potuerunt repone re et neglexerunt similiter perdiderunt ciuilem quam animo retinebant.naturalẽ vero statum etiam ante ne gligentiã per ea que plene no.per bar.ff.de acqui.pos. fi.ideo.§.si forte et per Inno.in.c. querelam de elec.in glo.que incipit dicunt quidam maxime stando per de cennium vt ibi no.per eum cum etiam ignorans natu ralem occupatam negligens per.x. annos recuperare perdat ciuilem per oblivionem.l.furtum.§.j.de vsu.et no.in.l.si id quod.in prin.ff.de acquirẽ.pos.per glo.in stitu.de vsuca.§.quod glo.7.C. de acqui.pos.l. licet p glo.7 per Inno.in.c.ij.de in inte.resti. in prima colũ. tbi fateor ꝛc. Nec potest dici q retinendo dictam ca sariam in loco predicto tanto tempore 7 etiam maiori 7 sufficienti ad prescribendum prescripserint ius reti nendi vt sic ea remota vel dirupta ex iure acquisito p pscriptionẽ possint eam reponere cum solum sit publi cum vt patet er vltima sententia cui partes habent ne cesse stare ergo cessat talis prescriptio: vt hoc probat. ff.de vsuca.l.fi.in prin. Quinimo si ex sola preoccupa tione fuisset acquisitum ius retinendi ea remota 7 pre occupatione cessante ius predictum fuit extinctum nõ

solum ipsa quasi possessio.ff.de acqui.re.do.l. quod in litore versi.illud videndum. vel statim vt ibi. vel per la psum anni iuxta plene no. per bar.in.l. quo minus.ff. de flũi.in.xv.q.in fi. vel per biẽnium iuxta no.in sy.per eundẽ in.l.pretor in fi.ff.de bonis auto.iudi.possi. Sic ergo in lite presente prefata cõmunitas tetri talis stat? et conditionis est qualis esset si dicta prima sententia lata non esset in eius fauorem. Et qualis si als in quasi poss.huius iuris.ſ.eam retinendi nunqꝫ fuisset cum ex illis non possit in aliquo suam intentionem fundare.

Tercio loco videndum est bis presuppositis. vtrum cõ munitas scledi possit suam intentionez fundare cõtra dictam cõmunitatem tetri ex scõa et vltima sententia ad prohibendum ne dictã casariam reponant. Ad qõ est dicendum q sic quia in illa sententia continetur in ter alia q homines dictarum cõmunitatuz possint pa schulare fm q soliti sunt ꝛc.que verba referunt ad vl timam consuetudinem.ſ.que fuit in tempore magis p pinquo illi vltime sententie.ff.de alimẽ.7 ci.lega.l.me la.§.j.C.ne de sta.defunc.l.si mater in fi. 7 ar.ff.qui or. in bo.pos.ser.l.ij.post prin. vbi inspicitur vltima opi. seu fama. Sed hic vt dicitur per tres annos ante latã vltimã sniiaz fuerat ꝛmota dcta casaria 7 sic paschura uerant 7 paschurari consueuerant per dictum tẽp? triennij sine dicta casaria 7 sine impedimento eius: igi tur eodem modo virtute dicte sententie. Et ex ei? ver bis debent paschuare. Jllud autem constat q illa ver ba soliti sunt ꝛc. verificantur in paschuratõne facta p triẽnium.immo si per solum annum licet verbum con suetum pro sui verificatione requirat decẽnium. de ꝓ ben.cum de beneficio li.vj.7 patet ex no.per bar.in di cta.l.mela.§.j.ff. de ali.ciba.7 lega. 7 in.l.j.C. quomo do 7 quando iu.facit.l.iij.in fi.C.de epis.audi. Quar to loco videndum est vtrum dicta cõmunitas scledi possit fundare suam intentionẽ ex alio qꝫ ex verbis di cte sententie supra relat. ad quod dicendũ est q sic ex pluribus. Unde notandum.primo q per dictã sen tentiam scõam declaratur solũ dicti montis 7 paschui esse publicum.i.pertinere ad illustrem dominationem venetorum. Usum vero paschurandi ad dictas ꝛmu nitates pro indiuiso. Et sic habentes dicte cõmunita tes hanc seruitutez vsus super 7 in dicto monte seu so lo si ergo altera turbat alteram in vtẽdo habent inter se interdictum vti possi.ff.vti possi.l.fi. Videtur autẽ dicta cõmunitas tetri turbare cõmunitatem scledi in vtendo ex quo fecit dictam casariam quia non permit tit eaz vti iure suo quo vsu est 7 vti consueuit a tempo re dicte sententie.ſ.per annos.xx.quibꝫ vsa est sine im pedimento dicte casarie ex qua vt dicit suus vsus mul tum incõmodatur ab eo q vti consueuit. Et vsus cõ munitatis tetri augetur vltra solituz. Et istud fieri nõ debet immo debet vtraqꝫ cõmunitas vti eo modo quo vti consueuit per tempora preterita. Et nulla debet fi ri nouitas.ff. de aqua plu. arcẽ.l.si pri.§. recte placuit. de serui.vr.predio.l.qui luĩbꝫ.dum dicit sciat se formã 7 statum.anti.seruare debẽt ꝛc. max.cuz illud quod fa cit tendit in preiudicium vel ꝓprietarij vel alterius ha bentis eandem seruitutez secu.ff.de aqua quoti.7 esti. l.hoc iure.§.bis qui 7 ibi est tex.optimus cum glo. su per ver.coꝛriualibꝫ.de serui.ruſ.predio.l.diuus vel sal tem quando maius damnuz infert alijs cꝫ ipsa sentiat vtilitatis. vt hic dicitur.7 ꝓsupponitur esse.ff. de riuis l.j.in fi.7.l.iij.in fi.prin. Et ibi no.ple.per glo.sup ver bo aduersarij in quibꝫ est casus huius questionis. Est autem casus in e.l.iij.ff.de riuis.in.§.si quis nouũ cana le.vbi dicitur q si ille qui habet serui.vult aliqd de no uo facere in loco q hactenus facere vel habere non cõ sueuit ita demum potest si sibi prodest 7 alteri non no cet vel ius alterius nõ incõmodat. Si vero noceret tũc distinguitur aut infert damnũ. Et non potest qũt au-

fert vel diminuit lucrum. Et tunc distinguit quid eo rum sit maius vt in textib supra all. Potest etiam se iuuare dicta cõmunitas scledi ex titulo seu edicto prẽto. ne quid in loco publico vt patz in.l.ij.in prin.7.§.j. Nam vt supra dixi solum illius montis 7 paschui declaratum per dictam vltimam sententiã esse publicuz 7 in publico pr̃imonio.l.sed celsus cum ibi no.ff.de cõtrahẽ.emp. Et in loco publico non debet quis aliquid de nouo facere per qd̃ auferatur p̃uato vtilitas quã ex illo publico p̃cipiebat vt dicta.l.ij.in prin.7.§.j.7 potior est conditio prohibentis vt ibi habetur. Et in.l.sabinus.ff.ꝑmuni diui. Item sicut prio quasi poss.aliarũ serui.habentium causam discõtinuam tuendam prodita sunt interdicta ne quis impediat vti eo modo q̃ anno p̃senti vel p̃terita estate vsus est.ff.de iti.actuq̃ p̃ua.7 de aqua quoti.7 esti.per totum ita q̃ prio tuẽda quasi pos.huius iur. vtendi qd̃ dicitur habere causam continuã quia est seruitus personalis cuius quasi poss. retinetur animo licet secus in reali iuxta no.in.l. iusto.§.non mutat.ff.de vsuc.per doc.C.de p̃scrip.lõ. temp.l.fi. debet cõpetere vti interdic. vti pos.ff.de serui.generali.l.penul.si seruitus vendicet.l.sicuti.§.aristo.s.ne impediatur vti eo modo quo hucusq̃ vsa est a tempore dicte vltime sententie. Quinto 7 vltimo queritur si casaria non esset reposita 7 sic res esset integra p̃cederent p̃dicta 7 possent illi p̃hibere eam reponere. Sed quia fuit reposita cessat p̃hibitio que respi. futura opera non p̃terita quod ergo remedium dabitur vt tollatur. Respondeo interdictũ q̃ vi aut clam ff.de ope.no.nũc.l.j.§.j.q̃ vi aut clam 7 per totuz hec igitur pars mihi verior videtur vt ꝑmunitas scledi debeat obtinere aduersus cõmunitatem tetri. Et q̃ possit eam cõpelli facere ad remouendum dictam casariã remedijs de quibus supra vel etiam vtili interdicto vti possi. quia nõ aliter potest vti iure suo prout solita est vti nisi dicta casaria remoueat.iuxta no.in sy.per glo. 7 doc.in.l.clam possidere.§.qui ad nũdias.ff.de acqui. pos. Laus deo.

Consiliũ.CXCVIII.

De iudicijs ad torturam.

Copia 7 casus sequentis consilij.

Hec est quedam inquisitio quã faciunt 7 facere intendunt magnificus 7 generosus miles dominus Andreas donato dignissimus p̃tãs pad̃.7 distr. Et egregius iur.peritus d.nico.de ydrũto eius iudex maleficiorum ex eorum mero 7 puro officio 7 bailia 7 cum deliberatione totius sue curie ꝓtra 7 aduer.d.cortesiam filiã quõdam domini regis de trapolinis 7 vinciguerraz de armo de venecijs eius maritum homines veneficos homicidas adulteros ac maledicos 7 male fame in eo de eo 7 super eo q̃ fama publica referente 7 clamosa insinuatione subsequente nõ quidez a maliuolis personis nec suspect.sed ab honest.et fidedignis ad aures 7 noticiã ipsoz domini potestatis 7 iudi.auditu pue.q̃ viuente quõdam francisco de fozliuio olim marito dicte.d.cortesie. Et etiam post eius mor.ipsa.d.cortesia deuz pre oculis nõ habendo sed potius inimicum humane nature contraxit in honestam familiaritatem 7 consue.improbatam cum dicto vinciguerra de armo mediante quadam katherina vxo.adriani blauaioli vicina dicte d.corte.postq̃ se carnaliter immiscendo 7 cognos.que d.cor. non contenta de predictis sed potius mala malis addenda tanq̃ ĩmemor salut.eter.dolose 7 pensate animo 7 intentione infrascripta malefi. ꝑmittendo machinata est mortem p̃dicto condam francisco de fozliuio eius quõdam viro cum toxicando 7 malo veneno vennando pluribꝫ vicibus 7 temporibꝫ tam in ciuita. pad̃.q̃z in villa de casali in do. habi.ipsoz quodaz frã. de fozli.7.d.cor.7 maxime de anno.m.cccc.iiij.de mense maij ipsa.d.cor.dolo. 7 pensate toxicauit et venenauit dictum quõdam frã. de fozli.tunc eius mari.incert.rafioꝛ quos sibi dicta.d.cor.misit ex villis de casali padu am per quendam nico.famulum tunc dicti quondam fran.de fozli.quos rafio.cum ꝑmedi.dictus quondaz fran.de fozli. ipse cum duobꝫ eius famul videlicet ꝓpo fo.teutonico 7 nico.predicto subito cepe. maxime pati 7 vomere 7 nisi medicinis 7 reme.se iuuas.forte tũc mortui fuis.et etiam non ꝓtenta predictis predicta.d.cor. sed mala peioribꝫ aggregando de dicto mille.ẽt.7 mẽse sept.illo die quo mortuus fuit dictus quõ.frã.de fozli.etiam dolo. 7 pensate venenauit et toxi.ipsum quõ. frã.tunc eius vi.in pisce siue in brodeto qd̃ ipsa.d.cor. tunc fecerat 7 dederat ipsi quõ.frã.de foz.ad ꝑmedendum ex quo pisce sine brodeto sic toxi. 7 venena.cũ gustasset. 7 ꝑmedi.cepit venire sangui. de naribus 7 ore adeo q̃ post aliquas horas mortuus fuit 7 est. Item etiam ipsa d.cor.tempore quo morabatur in villa de casali tenebat in eius domo vẽnum malum. Et predicta fecit 7 ꝑparabat ipsa.d.cor. dicto vinciguerrã de armo nãc eius viro 7 tunc eius adultero 7 ipsius quõ.frã.de fozli.ĩprobo thoꝛi violatore dante 7 prestante ipsi.d.cor. auxilium consilium. 7 fauorem ad predicta malefi.venationes 7 toxi.ꝑmitten.tam in ciuitate pad̃.q̃z in villa de casa.in domi.habita.ipsius quõ.frã.de fozliuio et domine cortesie dando ipsi domine cortesie malum venenum ꝓ pluribꝫ vicibus 7 max.semel in quadam pecia ingropata vbi erant certa scarnucia intus habentia ipsuz toxi.7 mal.ve.quo dictus frã. venenat 7 toxifuit per ipsam.d.cor. Et hoc in villa de casali in quadã camera domus seu terris ipsius quõ.frã.de foz. de anno 7 mense maij predictis 7 coheret domui posite padue in ꝓtrata sancti leonardi ab intra ab vna parte sicco not.a parte anteriori via a ꝓte posteri.here.quõ. xp̃ofo.de brauis coheret domui siue turri de casali ottabus parti.via ꝑmunis. Super quibꝫ omnibꝫ 7 singulis ꝑnexis 7 dependẽ.ab eisdez prorsus extraneis dicti domini potestas 7 eius iudex intendunt inquirere 7 procedere 7 condẽnare 7 punire ipsam.d.cor.7 vinciguerram 7 socios culpabi.ꝑm foz.iur.7 statu.cois pad̃.

In christi nomie Amẽ

Visa inquisitione suprascrip.ac etiam testibꝫ examit.super ea queritur an ex eis sit fundata intentio curie super condẽnatione dictorum inquisito.de venenatione dicti frã.vel de retentione mali veneni cã ipm venenandi. Et circa hoc reiecta multi.verborum que habet obfuscare mentem iudica.debẽ. Breuiter 7 clare videtur dicendũ q̃ non tali ratione nam ad hoc vt inquisitus vel accusatus de crimie possit diffinitiue cõdemnari requiritur alterum de tribus. scilicet vel q̃ sit ꝑsponte confessus vel q̃ sit conuictus testibꝫ necessario vel p̃sumptiue concludentibꝫ p̃sumpt.iur.i. a iure approbata. Vel q̃ ꝓuic.sit p̃sumptionem iur.7 de iure contra quã non admittitur probatio in contrariuz vt hec habentur 7 colliguntur ex lege qui sententiam.C. de penis quorum ap.non recipi.l.ij. de proba.l.fi.C.de custo.reo.si ꝓfessus. Sed hic nullum istorum est sed de ficiunt omnia licet assint quedaz vehementes p̃sumptiur.que non possunt dici p̃sump.iur. cum nõ reperiantur a iure approbate sed potius dici suspitiones hominis que non sufficiunt ad condẽ.ff.de penis.l.absentez seu iudicia que sufficiunt 7 requirũtur ad torturam.l. j.circa prin.7.l.fi.cuz ibi plene no.ff.de qõ. Ecce.n.hic deficit primum quia nõ adest aliqua confessio victoriũ inquisito.non solum spontanea sed nec per torturam extorta cum p̃seueratione. Et non soluz iudicialis sed

nec extra iudicialis que etiam si adesset non sufficeret in criminali ad condē. sed ad torturaz iuxta no.in.l.ca pite quinto.ff.de adulte.z de excef.prela.c.q̄ sit graue cum ibi no.licet secus in ciuili.C.de nō nu.pecu.l.gene raliter. Item deficit ꝑm quia non assunt testes neces sario concludē.quod videtur requiri ad perfectam p̄ ba.C.vnde cogna.l.non hoc.de proba.l. neq; maxime in criminali vbi requirant' probationes luce meridia na clariores.e.ti.l.sciant cuncti maxime etiam vbi agi tur de vita hominis z non solum vnius sed duoruz q̄ vbi maius periculum: ibi cautius est agendum.l.j.§. pōponius.ff.ad carbo.de elec.vbi periculum maius li. vj.Dicta nanq; omnium testium si bene inspiciantur versantur circa quatuor vel quinq; quorum nullū per se sufficit sed nec omnia simul iuncta.l. spadonem.§. qui multa iura.ff.de excu.tuto. Quidam.n.eorum de ponunt de fama vel auditu dici z hoc non sufficit quia fama non facit proba.plenam vel semiplenam sed pro ba.factam adiuuat.l.iij.§.tu mag.ff.de testi.z no.exp̄s se per glo.in.c.preterea de testi.z per bar.in.l.de mino re.§.tormenta.ff. de questi.in vlt.colū. vbi tractat de effectu fama. Et quia testiuz debet reddi de his que p̄ cipiuntur sensu corporeo non de auditu alie.l.testium cum ibi no.C.de testi. Quidam vero z q̄ plures depo nunt de confessione dicti frā.qui pluries dixit q̄ vxor sua ipsum venenauerat. Et isti etiam nihil probant q̄ non est standum dicto illius prout est tex. expressus et ibi per doc.in.l.si quis in graui.§.j.ff.ad silla. Non er go creditur testib; quorum aucto. repelleretur.c. fra termita.de hereti.iij.q.iij.nullus. Et quod no.bar.in.l. admonendi.ff. de iur.iur.in arti. de priuata scrip.an fi dem faciat pro scribente. Quidam vero deponunt de illis rafiol' missis de villa paduaz qui nocuerunt dicto frā.z duobus famulis eius z isti similiter nihil probant quia nullus eorum dicit q̄ viderit in eis aliquid vene nosum poni per dominā cor.qđ erat necessariū ad per fectam z concludē.deposi. als non probat hoc esse ꝛc. dicta.l.non hoc. Potuit.n.hoc accidere propter aliaz causam q̄ propt.dolum z maliciaz.d.cor.vnde licet sit suspitio contra eam propter id qđ dicit vna testis vi delicet q̄ clausit hosti.quādo ipsos fecit et q̄ cum vna recepisset duos z posuis. supra ignem ipsa.d.cor.acce pit eos z cum pedib; eius posuit z teruit. Itta.possibi le est q̄ alio respectu hoc fecit ideo non resultat cōclu dens proba.vel deposi.maxime ad penam corporalem Nam z post assump.illorum stetit sāus z hylar(.p plu res meses quod verisimiliter non fuis. si venenati fuis. Quidam vero deponunt de illo brodeto qđ sibi dedit vx.sua propter qđ euomuit z dixit se forte venenatum Et illi etiam non probant eadem ratione quia non di cunt se vidisse in dicto brodeto poni aliquid veneno sum per dictam.d. Et q̄ cognoscerent esse venenosuz qđ vt dixi erat necessarium ad concludē. z necessariaz proba.seu depositionem. Potuit.n.ille vomitus pro uenire ex alia causa q̄ ex veneno videlicz infirmita.co lerice quā paciebatur que inducit simul vomitum. Et secessum vt dicunt duo solēnes medici quorum dictis tanq; exp(. est standum.C.de re.mili.si semel li.xij. et qđ no.bar.in.l.fi.circa finem.ff.ad.l.cor.de sicca. Naz z eorum depositio purgat omnem suspitionem resul tā.ex dictis alio. testium quia dicunt q̄ nullum signū venena.cognouerunt nec aliqđ remedium contra ve nenum adhibue.sed solum contra dictaz infirmi. Itē purgatur dicta suspitio ex depositione mulierum ex quo nullum sig. venena.cognoue. sicut solet apparere in venenatis vt ipse als viderunt. Itē purgatur ex eo q̄ dicta.d.cor.sicut z ipse frā. mandauit reseruari bac cile cuz materia euomata vt ostenderetur medi.quod verisimiliter non feciſ.si sensis.se culpabi. Item alique deponunt de certis pulueribz quas viderunt eam te nere z q̄ viderunt per dictam.d.de ipsis pulvib; vici bus poni in ferculo dicti frā.iste etiaz non probant q̄ non dicunt q̄ cognoue.illas pulueres fuis.venenosas Nec hoc presumitur ex quo pluries infinit.vicibus di cit vna se vidis.Nec ex dicto eius nec aliorum apparet q̄ ex assumptione talium ciborum lesionem assumpse rit aliquam quā si aliquādo assumpsis.verisimiliter p̄ cauis.ab altera solum.n.de rafiol' z de illo vlt.brodeto qđ nocuerint dicunt testes z non de alio vel alijs vici bus. Ex quib; conclu. q̄ non potest dicta.d.puniri de retē.mali veneni:tum quia non constat de aliquo ma lo veneno retento per eam tum quia vt dixi testes non dicunt se cognouis.dictas pul. esse venenosas nec di cunt vidis.eas poni in ferculo nec nocuis.sed pot?cō tra.apparet ex dicto illius que dicit pluries z infinit.vi cibus vidis.poni. Et non dicit z nocuis.q̄ autem in di cto brodeto fuit appositum non dicunt sed solū q̄ no cuit tum etiam z si retinuis.tamen nec apparet q̄ causa interficiendi frā. nec inquisitio hoc dicit z sic non con cludit per.l.j.circa prin.z per.l.iij.ff. de sicca.ibi homi nis necandi causa ꝛc.iuncta.l.pretor.§.vocere.ff.vi.bo. rap.quib; ex cau.impos.ea.l.fulcius.§.cum autē. Pa tet ergo ex predictis q̄ ex testib; necessario concluden. non est fundata intē.curie super venatione vel sup re tē.mali veneni hominis interficiendi grā. Nam opor tēt q̄ essent duo vel tres qui dixissent vidis.z cognouis se dictas pulueres z ipsas fuisse venenosas z retētas cā venenandi dictum frā quod tamen nullus testis dicit. Preterea si aliud statu.non est hic licet de iure ꝓmuni pro solam retē.veneni mali causa necandi hominis in cidat quis in legem cor. de sicca.sicut ille: qui cum telo dicta de causa ambulauerit.C.de sicca.si quis cum telo de consue.tamen z de equitate. Et etiam ex for.statu. ꝑm que consideratur effectus potius q̄ affectus secus ꝑm doc.vt no.bar.in.l.j.§.diuus.ff.ad.l.cor.de sicca.fa cit ler autē facta.§.euentus cum ibi no.in glo.ff.de pe nis de extraordi.crimi.l.j.§.fi Et sic etiam si foret pro bata retē. predicta non sufficeret ad condēna. mortis nisi venenatio fuerit secuta z etiam interitus ꝓpter eā ar.l.j.§.fi.ff.qđ quisq; iur. qđ hic minime probatū est vt patet ex depositione medicorum z mulierū que vi derunt cadauer. Sed nec ex dictis predictorum testiū resultat aliqua p̄sump.iur.aut de iur.vt sic predicta di cantur proba.saltem p̄sumptiue aut per indicia indu bitata quia si totum cor.iur.pquiratur non reperietur hec iur.p̄sump.vel casus noster in terminis determina tus licet repiatur in quibusdam casib; in quib; ius pre sumit z statuit vt in casu leg(si qui adult. z auc̄.si quis ei.C.de adul.z leg(quoniā intelligitur.ff. de infami.de iure fis.l.eius qui delatorem. Et isto modo vel in illis q̄ repiuntur determinati in iure ponit exempla gandius de indi.iud.vita.l. que vident sufficere ad condē. per l.fi.C.de proba.vel in casib; in quib; directa ꝓba.non potest haberi.l. non omnes.§.a barbaris.ff.de re mili. Et in.c. preterea cum ibi no. de testi. Qđ hic non est. imo bene poterat probari directo ideo non sufficiunt argu.quātūcūq; vigentissima etiam si sint talia q̄ men tem iudicantis adeo coartent q̄ aliud credere non po test vt si visus est aliquis exire de domo vel camera cuz gladio sanguinolento z pallio z repertus est ibi homo interfectus vel probatur q̄ scius erat inimicus ticij qui reptus est mortuus in agro z q̄ minatus fuerat illū in terficere z visus est exire de agro cum gladio sanguino lento non tamen dicunt testes illum vidis.pcutere sed alius q̄ ille seyus esse non potuit licet tho. de piperata disputando tenuit posse dictum seyum condēnari li cet non fuerit confessus tanq; ex iudicijs indubitatis proba. sit homicidium licet non directo vt etiam no. Jo.an.in addi.spe.ti.de proba.§.videndum. Ipse ta-

men gandinus ī opere suo solēni rubrica.xvj.vel.xvij. que incipit de presump.7 indicijs quib9 proceditur ad condē.in prin.seu in.j.q.Et etiam circa fi.dicit q9 omnes doc.qui erant bononie tempore suo dixerunt 7 ita etiam vidit vbiq3 practicari q9 talia indicia sic vigentia non sufficiunt ad condē.pene corporalis sed dumtaxat pecuniarie.Et propter eius dictum non est diu q9 quendam defendi a pena capitali contra quem erāt ita fortia 7 indubitata indicia q9 animus 7 intellectus non poterat credere q9 alius fecis. homicidium q3 ipse

Concludendū est ergo in tutiorez 7 benignio.ptem s.absolutoriam postq3 crimina deducta in inquisitōne non sunt probata nec per spontaneā cōfessionē. Nec per testes necessario concludē. nec etiam presumptiue presumptione iur.tm̄,aut p̄sump.iur. Et de iure quaz tūcūq3 magnificus dominus potestas certitudine credat per ea que testes depo.illos fore culpa.quia hic nō sufficit cum habeat iudicare ꝑm acta 7 proba. non ꝑm conscientiam.l.illicitas.§.veritas.ff.de offi.p̄si. Unde narrant doc.q9 cuz potestas bononie stans ad fenestrā vidis. seyum occidere ticium si tamen coram eo tanq3 coram iudice non fuit ticius confessus nec per testes legitime probatum fuit sibi consultū per doc.bononien. q9 deberet eum absoluere quāto magis in casu nostro in quo non est certus de istis maleficijs per proprium sensuz aut per propriā scientiam sed ex p̄sumptionib9 7 suspitō.resultantib9 ex dictis aliorum. Nam in multo fortiorib9 casib9 7 magis coartantib9 mentem iudi. loquitur gandinus magnus practicus maxime ī materia maleficiorum vt refert Jo.an.in addi.spe.ti.de.p. cura.§.j.in addi.que incipit per hoc videtur ꝛc. Et tamen dicit omnes doc. bononienses qui tunc erant tenuisse q9 non poterat procedi ad condē.personalem p tamurgentia indicia sed si erat tale malefi. de quo imponebatur pena pecuniaria bene potest fieri condemnatio.7 ita dicit vidisse vbiq3 seruari cum toto tempore vite sue semper inerit per diuersas ciuita.7 loca pro iudice maleficiorum.foret.n.temerarium facere cōtra decisio.tanti viri 7 tamexperti in materia. Preterea si bene inspiciatur testes sunt singl'. omnes non contest. in tēpore.Et ideo sicut nullus per se sufficit ita nec omnes simul iuncti.c.licet causam extra de proba. Preterea iudex debet esse pronus potius ad absoluendu3 q3 ad condē.de penis.l. absentem et querere defensiones rei etiam si ipe non querat.l. si non defendantur.ff.de penis. Preterea crudele foret familiam istorum coniugum per vera orbare vtroq3 parēte vnde summa pietas debet iudi.trahere ad misericor.potius q3 ad rigorem tum quia optime potest de iure cum honore curie per ea que supradicta sunt 7 satis est q9 fecit curia suū debitum in inquirendo tum quia hic non est accusa.q̄ suam iniuriam p̄sequatur: tum quia questionis mod9 relinquitur arbitrio iudi.vt.ff.de questio.l.questionis Et in arbitrarijs iudex de eo qō facit redargui nō potest quia semper p̄sumit' moueri ex iusta causa vt no. Jnno.de accusa.q ualiter.facit.l.j.C. de offi.cini.iudi. Et ideo si bis vel ter torsu.adhibuit 7 non fuerunt cōfessi debet habere indicia pro pur.als videret' velle eos habere pro convictis ex solis indi.si disponeret eos nō dimittere quousq3 confite.contra id qō dicit bar.7 abhominat'.Et appel.iudi.fatuos qui hoc faciunt in.l.fi. ff.de questio.cum debeat moderate procedere in torsu.l.de mino.§.tormē.de questio. Et īmode.videntur facere si vltra tres vices diuersis temp.questionem repeteret cum sit preiudicialis ar.l.fideicō.§.si quis dece. ff.de le.iij. Et quia istud est malefi.inuetera.l.si diutio ff.de penis. Et non potest dici fuis.occul.si verū est qō dicunt test.q9 ab ipo initio cum frāci.mortuus est surrexit hec infamia 7 publice hic dicebatur vnde nō potuit inquiri ꝑm fori.sta.paduani quod prefigit certum terminuz sicut 7 in multis als lo.statu.tale viget. His ergo omnib9 tact'.7 talibus conside.sanctius 7 cōmenda.7 huma.est predictos absol.q3 condem.qō optime fieri potest saluo honore cur.quē sine dubio plus consequitur ex absolu.q3 ex condē.dominus sit in corde iudicare debentium. Laus deo.

Consiliũ.cxcix.

Condemnatus de crimine in absentia ex forma statuti disponẽtis q̃ cõtumax habeat̃ pro cõfesso nõ efficitur infamis de iure.

Casus sequẽtis consilij.

Quidã ser laurentius de senis in absentiaz suam z cõtumaciam fuit cõdemnatus de duplici crimĩe vt apparet ex cõdemnatõibꝫ duabus: quarũ vna lata fuit p cõsules artis notarie: altera per senatorẽ. Nunc visis actis cõdemnatõibꝫ z pcessibus: visis etiã statutis vniuersitatis notariorꝫ z etiã cõmunis senarum: queritꝫ an dict⁹ ser laurẽtius possit hãre officia in cõmuni senarꝫ.

In christi nomine ℟lmẽ. Super

hoc puncto interrogatus al's a regulatoribus nõ visis nec ostẽsis dictis ꝑdẽna. dixi q̃ ꝑsuppositis dictis ꝑdẽnatiõibꝫ ꝑ validis: z q̃ habeant oĩa q̃ req̃runt̃: non poterat hãre officia. q̃ irrogãt infamiã propter quã dicta officia publica denegant̃. vt no. in l. ij. §. ignominie. ff. de infami. Nam in pũcto mihi trãsmisso nõ ponebat̃ latas esse in absentẽ vel ꝓtumacẽ. Dixi insuper q̃ ex eaꝝ inspectiõe posset aliud apparere q̃ suaderet aliud esse dicendũ. Nũc aũt dictaꝝ ꝑdemnationũ inspectio necnõ pcessuũ z statutorꝫ q̃ tũc nõ oĩa fuerũt ostensa me in aliã sententiã trahit. Videnduz est primo quid dicendũ sit de iure cõmuni. Secundo quid de iure municipali: attento statuto cõmunis senarum quo cauet̃ q̃ cõdemnat⁹ de falso nõ possit habere officiũ in cõmuni. Et ad euidentiã primi ꝓmitto duo. Primo q̃ ex dictis ꝑdemnatõibꝫ ita demũ prohibetur ab officijs cõmunis si ex illis irroget̃ infamia. Propter infamiaz quis arcet̃ ab officijs publicijs: vt no. glo. in dicto §. ignominie. z l. eadem. §. hac lege: ad l. iul̃. repe. Als autem ꝓpter dictas cõdemnatões z pecias si nõ irrogarent infamiã dicta officia nõ denegarentur. Nam cũ ipsa officia pro maiori parte dicãtur munera ꝓsonalia. ff. d̃ mune. et one. l. munerũ: in prin. z quasi p duas colũnas a talibꝫ muneribꝫ sentẽtia criminis vel pena p eam irrogata liberare nõ debet: cũ pena nõ debeat tribuere imunitatẽ. ff. d̃ inter. z relegatis l. relegatorꝫ. §. fi. et ibi ter. boc bene ꝓbans. Secũdo ꝓmitto q̃ sentẽtia lata sup crimĩe publici iudicij tunc irrogat infamiã cum fertur cõtra ꝓsentẽ vel cõtra absentem ex veris ꝓbatõibus. Si autem ex ꝓbatiõibus fictis z cõtra bannitũ qui ex forma statuti habetur pro cõfesso tũc est secus. quia cũ grauet̃ cõdemnatus in ꝓbatõe quia sola absentia habet̃ ꝓ vera ꝓbatõe: qd̃ est cõtra iura. ff. de custo. reo. l. diuus: circa mediũ ibi non ẽsi ꝓ cõdemna. ꝛc. de publi. iudi. l. inter accusatorem: ibi dum dicit ne ꝑ triduũ ter citatus reus damnet̃ ꝛc. z ꝑ cõsequẽs grauet̃ in sentẽtia videt̃ cum infamia dispensatiũ: vt. l. quid ergo. §. pena grauior: de infami. z l. si possidoneũ. z. l. z si seuerior. C. e. Et ita tenet̃ magis presse bar. in l. ictus fustiũ: in fi. ff. d̃ infam̃. Hoc idẽ affirmauit in quodã cõsilio suo qd̃ incipit ser Johãnes. hoc etiã tenere videt̃ spe. ĩ ti. de sen. §. j. ℟si. q̃d de illis. Ad qd̃ facit quia bãnũ equiparat̃ mulcte z ꝑ mulcta habet̃: vt no. in l. j. §. ex hoc rescripto. ff. de ven. inspi. in glo. sup ver. mulctis. z l. illicitas. §. fi. de offi. ꝓcõsi. per hoc. Sed mulcta nõ irrogat infamiã: vt no. in l. j. C. d̃ modo mulct̃. ergo nec bannũ: z p cõsequẽs nec sentẽtia lata occasiõe dicti banni. Pro quo etiã bene facit ter. cum glo. C. de requiren. reis. l. fi. vbi dicit̃ q̃ in criminalibus edictum peremptoriũ contra lactitantẽ posi-

situm non irrogat infamiam iuris: sed facti. Ad premissis dico q̃ cum ambe cõdemnationes iste sint late i absentem ex contumacia non factis veris z legitimis probationibus ꝓ suppositio q̃ in se valerent: cuius contrarium apparebit infra saltem q̃tum ad vnum eorũ infamiam iuris. non irrogãt vt dictum est. z per cõsequẽs non impediunt dictum ser laurentium habere officia communis senarum de iure communi. Et per hoc responsum est ad primum quesitum. Dicet aliquis licet non irrogent infamiam iuris: irrogant tamen infamiam facti. vt dicta. l. fi. C. de requiren. reis. z talis infamiã repellit quem a dignitate. vt no. C. de infami. l. nullam. et de dignita. l. j. Sed respondeo q̃ in officijs cõmunis senarum nõ video q̃ aliquis eorum dicatur habere dignitatẽ excepto officio prioratus: loquor de officijs que decernũtur ciuibus: non de his que forensibus vt est officium potestatis z senatoris: de illis non loquor. Quod ad illa que decernũtur ciuibꝫ fateor q̃ officium prioratus habet honorem z dignitatem annexam. qd̃ patet. quia est supremuz officium in ciuitate ad instar senatorũ qui erant in vrbe romana: quos constat habuisse dignitatem. ff. de sena. l. emancipatũ. in fi. Item dicuntur decuriones. iuxta ea que no. in. l. nulli. ff. quod cuiusq̃ vni. no. super ver. ordo: de dolo. l. sed si ex dolo. §. sed an. C. de curi. in rubrica quos cõstat habere honorem z dignitatez. ff. de curi. l. ij. §. penultimo. z fi. z. l. spurij: in ꝑn. in ver. dignitas. Et ideo posito q̃ cõdemnationes predicte valeant: dicenduz videtur vt impediant dictum ser laurentium habere officium prioratus propter infamiã facti. ff. d̃ curi. l. eos. vbi videtur tex. cum glo. Sed alia officia inferiora nõ habent dignitatem: sed dicuntur simpliciter munera personalia z publica. constat enim q̃ munera publica sine titulo dignitatis sunt. ff. de mune. et one. l. honor. §. j. versi. publicum munus est ꝛc. Ecce enim discurrẽdo per singula. Esse notarium ad banchum est publicum z personale munus. ff. de mune. z one. l. muneruz §. hi quoq̃ in verbo tabularij. Esse potestatem alicuius castri vel terre subdite cõmuni senarum idem e. l. §. iudicãdi. Habere aliqd̃ officium in gabellis idẽ. e. l. §. j. ibi kalendarij quoq̃. z. §. sed z curatores. Et sic d̃ singulis que possunt aptari ad ea de quibus fit mentõ in. l. illa cum igitur ista appellentur: ibi munera publica. constat q̃ dignitatem non habent annexam: vt dicta. l. honor. §. j. eo. ti. Secundo posset obijci supradictis. ego dixi supra q̃ iste sententie non fuerunt late ex veris probationibus: sed ex fictis. istud videtur falsum saltem in sententia lata per officiales vniuersitatis notariorum. Nam in ea dicitur habita plena inuestigatione de predictis per scripturã predictam quam viderunt. z per confessionẽ factam per dictum ser laurentium pluribus de suppositis dicte vniuersitatis. et sic videtur q̃ veris probatiõibus fuerunt late. Respõdeo z dico q̃ dicta verba nihil important. Nam q̃ ꝑ inspectionem scripture predicte potuerunt habere veram informationem q̃ illa falsificatio fuerit facta manu dicti ser laurentij hoc negatur. nam cum possit esse quasi omnimoda similitudo inter scripturam vnius z alteri⁹ de facili potest quis decipi vt credat eẽ scripturã vnius cum sit alterius. Et ideo lex statuit q̃ nõ credatur soli compationi literaruz in appocha: sed requirantur testes qui viderint illã scribi. C. de fide instrumen. aut̃. z si contractus. z in corpore vnde sumitur. Hic autem nec comparatio literarum facta fuit per illos officiales: nec testes super hoc recepti. sed sola inspectio scripture: vt ex tenore sententie apparet. que cuz sit fallax non est ei standũ vt dixi. Item nec est standũ alijs verbis dũ dicunt de cõfessione dicti ser laurẽtij facta pluribꝫ de suppositis dicte artis. Naz de hoc nõ constat ex ꝓcessu: sed solum ex assertiõe dicte-

rum officialiũ quibus in hoc non est credenduz: vt in c.quoniã contra falsam: de ꝓba. Preterea illi suppositi dicte artis non iurauerũt: nec in forma testiũ depo suerunt de dicta cõfessione ser laurẽtij. ergo nõ erat ei standũ. C. de testi. l. iuriurãdi. Ex quibus oĩbus concluditur ꝙ dicte sententie 7 cõdemnatiões tanq̃ late non ex veris ꝓbatõibus: sed fictis nõ irrogant infamiam iur. de iure cõmuni. Et ideo prohibet dict⁹ ser laurentius ꝓpterea habere officia cõmunis senarũ: excepto officio priorat⁹ qđ habet honorem 7 dignitatem annexã. Illud añt cõstat ꝙ infamia facti nõ habet nisi duos effectus: de quib⁹ per glo. in dicta. l. nulla. C. đ infamia. Et tercius ibi additur per doctores: vt etiam no. in. l. cunctos populos. C. đ sum. tri. inter quos non est iste ꝙ repellat ab officijs publicis nõ habentib⁹ dignitatem. ergo ꝛc. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. l. patre furioso: de acti. et obli. l. obligationũ fere. §. placet. ibi nam ꝙ alicui ꝛc. Nunc videndũ est quid iuris attenta. l. municipali. Et hic de duobus est videndum. Primo quo ad cõdemnatõem factaz per consules de falsitate videndũ est quid iuris sit: attento statuto cõmunis senarum: quo cauet ꝙ condemnatus de aliqua falsitate non possit imperpetuũ habere officium in cõmuni. constat autem ꝙ iste cõdemnatus fuit de falsitate: 7 quidem tali que descẽdit ex. l. cornelia: de fal. ff. ad l. cornc. de fal. l. j. §. qui ratiõibus. 7. l. paulus. versi. sed 7 ceteros. Si ergo verba statuti cõueniunt i isto: ergo 7 statuti dispositio. l. adigere. §. cuis. ff. de iure patro. l. hos accusare. §. omnib⁹: de accusa. a contrario sensu. Preterea statutuz debet sic intelligi vt non sit superfluum: sed aliquid addat ad ius cõmune. ff. ad municipal. l. j. §. fi. 7 ibi no. al's non diceretur statutuz: sed ius cõmune: iuxta ea que habẽtur in. c. j. de rescrip. 7 in. c. j. de constit. li. vj. ff. ad. l. fal. l. j. in prin. per bar. Luz ergo de iure cõmuni requiratur ꝙ ex cõdemnatione sequat infamia ad hoc vt quis repellat ab officijs publicis vt supra dixi. videt ꝙ ex isto statuto non requirat sed sufficiat esse cõdemnatũ de falsitate. maxime quia statutum aliud cõmunis senaz dicit ꝙ in statutis nulla fiat interpretatio: sed simpliciter eorum verba intelligantur ꝓut iacent. Videtur ergo ꝙ attentis dictis statutis non ꝓcedant ea que supradicta sunt. sed cum iste sit de falsitate cõdemnatus eorum statutorũ vigore officia non possit habere. Sed his non obstantib⁹ dico contrariũ: pro cuius euidentia ꝑmitto ꝙ dictuz statutum de cõdemnatis đ falsitate debet intelligi: qñ cõdemnatio tenet: al's si esset nulla non dicitur habere nomen cõdemnatõnis. C. đ senten. ex pericu. reci. l. fi. de re iudi. c. pastoralis: in cle. nec diceretur cõdemnatus. ff. de re iudi. l. iiij. §. cõdemnatum de contra. l. non puta. §. non queuis. Et sic istam interpretatõem recipit que ꝓcedit ex significatiõe ipsius vocabuli nõ obstante alio statuto quo cauetur ꝙ non admittat interpretatio. Nam debet intelligi de extensiua non de declaratiua. Nam cum istud statutũ dicat ꝙ condemnatus de falsitate ꝛc. ad hoc vt istud statutum locum habeat requiritur primo ꝙ sit condemnat⁹. Et hoc presupposito vendicat sibi locum aliud statutum ꝙ non admittatur interꝓtatio. probat hoc. ff. de testa. milit. l. diuus. 7 per ea que no. bar. in. l. j. §. j. qđ vi aut clam. Sed cum cõdemnatio est nulla: non potest dici condemnatus: vt dictis iuribus supra allegatis. ergo neutrum statutum habet locum. Nũc ad ꝓpositum dico ꝙ ista condemnatio facta per cõsules est nulla ipso iure: quod patz ex multis. Primo quia contra formã cuiusdam statuti vniuersitatis notariorum quo cauetur ꝙ quãdo consules ꝓcedũt contra aliquem de vniuersitate delinquẽtem debeant facere ipm requiri duobus diebus. videlicz prima die semel: secunda die iterum 7 peremptorie. et tunc si citatus non comparuerit infra terciam diem: habetur pro confesso. Sed iste ordo non fuit hic seruatus. quia ser laurentius fuit citatus die. vj. mensis martij vt comperet mane sequenti scilicet. vij. ciusdem 7 sequẽti mane: que fuit. vij. ciusdem mensis ipo non comparẽte fuit cõdemnatus. Et sic non fuit citatus bis: put statutum illud vult: sed semel tm̃ nec etiam fuit expectat⁹ per tres dies: put etiam vult dictum statutum. imo nec per vnaz: ergo sententia nulla. ff. de transac. l. cum hi. §. si pretor. Prete rea sententia non debet ferri nisi in cõuictum vel confessum: al's non valet. ij. q. j. non in quemq̃. no. glo. in c. ecclesia sancte marie: de consti. quod intelligo quando ꝑmisso leg timo spacio quo probatões fieri potuerunt lata est. Sed in casu nostro nulle fuerunt facte probatões. nam testes non fuerunt recepti: vt patet ex tenore processus. Nec potest dici ꝙ iste habetur pro confesso: cum non fuerit citatus bis ꝑm formã statuti. ergo non debuit cõdemnari nullis habitis probationibus ex eo solo ꝙ fuit semel citatus et non comparuit. ff. đ publi. iudi. l. inter accusatorem. Nam sententia debet ferri mature 7 cum deliberatõe: al's si precipitanter et sine cause cognitiõe non valet. C. de sen. ex pericu. reci. l. j. de sentẽ. 7 inter. omni. iudi. l. ex stipulatione. maxime in cõmunibus: vt requiritur proba tiones luce clariores. l. sciant. C. de proba. Sed ista sententia lata fuit cum magna ꝑcipitatõe 7 festinatiõe. quia citatus fuit semel tm̃: scilicet sero pro mane ad diendum causam: quare non deberet cõdemnari. Et dima ne fuit cõdemnatus quod nunq̃ fuit auditum. Nam in tam breui spacio temporis non potuerunt plene informari: de restit. in integ. c. cum ex literis. 7 quod notiens. ergo sententia est ipso iure nulla: vt expresse determinat bar. in. l. prolatam: in fi. C. de sen. Nec obstant alia statuta que dicunt ꝙ cum consules procedunt per inquisitiõem non teneãtur seruare aliquem ordinem iuris. nam verum est nisi sit datus ordo pal. ud statutum. quia ille non excludit: vt no. C. de adul. l. ita pudor. 7. l. j. §. j. ff. qđ vi aut clam: per bar. Sz hic datus est. ergo. Itez dico ꝙ propter dictum statutum licet ordo iuris tollatur: non tamen debet ita lis abbreuiari ꝙ probatões necessarie 7 legitime defensiones excludantur: sicut videmus in eo cui cõmittitur vt procedat summarie 7 de plano ꝛc. vt in cle. sepe. đ verbo. signi. versi. non tamen iudex ꝛc. Nunc est videndum secundo quo ad aliam condemnationem latam per senatorem quid iuris sit: attento statuto seu reformato re de cõmittentibus peccatum contra naturam: cuz ꝙ illud statutum seu reformatiõem prohibeatur cõdemnatus de tali crimine habere officia cõmunis senaruz. 7 non ꝓponitur aliquod per quod dicatur illam sententiam esse nullam. Sed respondeo ꝙ per tale statutum prohibetur habere officia vsq̃ ad duos annos a die condemnatiõis. Ergo vltra duos annos videtur permittere quecũq̃ officia habere. quia prohibitũ ad tempus videtur: alio tempore permissum. ff. de leg. iij. l. pater filium. §. fundũ. Sic econtra permissuz ad tempus videtur post tempus prohibituz: đ lega. ij. l. statu liberum. §. stichum. l. j. §. si mulier: de libe. agno. cõiuncto prin. Sed isti duo anni iam sunt elapsi a die dicte condemnatõis. ergo cessat omnis prohibitio statutaria. ff. de lega. j. l. si cui legetur. §. j. Concludo ergo ex omnibus ꝓdictis tria. Primuz est ꝙ de iure cõmuni ꝓsupposito ꝙ ambe cõdemnatiões iste valeret cũ sint late in absentẽ 7 cõtumacẽ. 7 nõ ex veris ꝓbatõib⁹ nõ irrogãt infamiã iuris: ꝑ facti tm̃. 7 sic non ꝓhiberet ab officijs cõmunis: excepto officio ꝓorat⁹. Secũdo ꝙ sentẽtia lata ꝑ cõsules est ipo iure nulla. 7 ꝑ ꝓsequens nec iuris nec facti infamiã irrogat. ex q̃ sequit ꝙ nõ impedit aliqđ officiũ ꝓmunis habere etiã officiũ ꝓorat⁹

sue loquamur de iure ꝯmuni ꝑm q aliqua infamia re
quiritur vt quis ab officijs repellat: sive de iure muni
cipali. quia statutū loquens de condem. de falso vt ab
officio perpetuo repellant debet intelligi qñ ꝯdemna
tio tenet z est valida ista est nulla. z sic statutū non ha
bet locū. Tercia cōclusio est q sentētia lata p senato
rem licz sit valida: tñ virtute ipius phibet habere offi
cia solū vsq ad duos ānos a die cōdemnatōis: vt ptz
in statuto de peccātibꝫ cōtra naturā. vnde cū iam duo
anni sunt elapsi cessat ois phibitio. Et ideo dictus ser
narū etiam officiū prioratꝰ z quecūq alia habentia di
gnitatē vel non. Laus deo.

Consilium.cc.

Si testator habens filios in testamēto: dicat relin
quo p eorū pte et falcidia: an ista filia q ex forma statu
ti certāte masculo non succedit: potest quoq relicto ti
lio institui. Et fideicōmissuz relictū post mortē oīm
filioū: an videat relictū aduenientibꝫ ab intestato qui
successerūt vltimo morienti. z sic veniet i eo legitima.

Nchristi noīe Amen.

In casu p̄senti q̄stuz ad id qd primo loco q̄ri
tur de valore testamēti facit dubiū. q: filiabus feminis
nō fuit relictū iure institutōis. ideo videt testamentuz
nō valere. vt in aut. vt cuz de appel. co. §. aliud quoq
capitulū. Et qd no. in illa. l. institutio. et. l. bis ꝛbis. ff.
de bere. insti. per bar. post alios. Sz ꝓtrariū est verum.
qz reliquit eis p eaz pte. Et falcidia que verba impor
tant z videat reliquisse iur. institutionis: put determi
natur bar. in aut. vñ si parēs. C. de inoffi. testa. z bal. i. l.
hūanitatis. C. de impube. z aliꝫ substi. Itez qz solēt es
se statuta q extātibꝫ masculis z filie femie nō succedāt
sed debeāt dotari. quo casu tales filie possunt ꝓteriri.
z bal. in l. maximū. C. ō libe. ꝓte. Et si aliqd eis relinq
atur sub ꝯditōe nō reijcit inde ꝯditio. vt ptz ex no. per
legis fideicõ. §. j. Et ponit in terminis q̃ testator fecit scribi suã intentõem solũ coraz duob⁹ testib⁹ z scripto re nõ notario. z mandauit q̃ traderet notario p quez cõfici possit instrumentũ adhibito numero testiũ: z an teq̃z hoc fieret mortu⁹ est. Dicit em̃ q̃ licet illi duo testes deponãt: de hoc tñ nõ probãt testamentũ: ß ppa ratiõez ad testamẽtũ. z ideo nil valet illa scriptura. nec illa depositio p dictã. l. fideicõmissa. §. j. vbi dicit esse casum. Ecce ergo q̃ intelligit illũ tex. cũ glo. qñ tpe cõ fectõis illius scripture testes nõ fuerũt pñtes in suffici enti numero: sed veniebãt adhibendi postea cum tota scriptura simul legeret. Sed in casu nostro fuerũt te stes pñtes a principio vsq̃z in finẽ: et totã voluntatẽ audiuerũt. Vnde posito q̃ p scripturaz illã nõ posset volũtas ꝓbari: qr nõ est autentica. z posito q̃ autenti cari nõ deberet: non sequit quin p testes ꝓbari possit: qr testator licz elegerit viam ꝓbatõis fiende p publicã scripturã adhibendo notariũ: nõ tñ censet renũciasse ꝓbationi fiende p testes. ff. de testa. milit. l. miles q̃ de stinauerat. vbi hoc bene z soleniter ꝓbat.

Consilium. CCVI.

In instrumentis nõ requirit subscriptio testiũ. Et de forma inuentarij.

In christi nomie Amẽ

Non multuz videt necessariũ discurrere p di cta dubia. qr subscriptio dicti testi. non est necessaria ex quo notari⁹ rogatus de inuẽtario attestat ipm̃ int fuisse. Nam credit ei de pñtia dicti testi. licet ipe te sta. dicat se nõ recordari an interfuerit. hoc em̃ nõ di minuit: de fide instru. vt no. Inno. z Jo. an. in nouel la: in. c. cũ Johes: de fide instru. z bar. in. l. j. §. fi. ff. quẽ ad. testa. ape. Postq̃z ergo cõstat de pñtia ipius nõ est necessaria subscriptio. qr null⁹ tex. hoc dicit: vt ptz in. l. fi. §. sin aũt dubius. C. de inf. delib. vbi mentõnem solũ facit de subscriptõe heredis si scit scribere vel alte rius notarij ꝓ eo si nescit scribere. de testib⁹ ꝛo nõ di cit eos subscribẽdos: sed assumẽdos. Item in aut. ß cũ testator ad. l. falci. z in cor. vnde sumit. dicit q̃ loco le gatarioꝝ z creditoꝝ absentiũ requirit pñtia triũ testi um. nõ aũt aliquid dicit de subscriptiõe eoꝝ. Constat aũt q̃ de pñtia testium credit notario de hoc attestãti etiam si de centũ testib⁹ faceret mentõez qñ contrariũ non ꝓbat. qr tot testiuz vices obtinet instrumentum quot ibi sunt descripti ſm opi. Jo. tam de cõsue. q̃z de iure approbataz. vt plene no. C. de fideicõmiss. l. fi. per glo. z p Dy. z bar. ff. de testa. l. heredes palaz: in prin. Nec etiã repio glo. aliquã vel doctorẽ dicentẽ requiri testiũ subscriptiõem. Sed bñ dicit bar. in dicto. §. sin aũt dubi⁹: q̃ requirunt primo duo testes q̃ heredẽ co gnoscãt ad cõfectiõem inuẽtarij: in quoꝝ pñtia res vi deantur vt possint deponi apud heredẽ nullius mali gnitatis conscii. Item requirũtur alij tres testes eius dem ciuitatis locupletes z bone opinionis loco credito rum et legatarioꝝ absentiũ. vt in aut. ß cũ testator. ff. ad. l. falci. q̃ aũt subscribãt non dicit: nec etiam spe. in ti. de instru. edi. §. fi. Ysi. nũc dicam⁹. vbi ponit formã inuẽtarij heredis: dicit aliquid de subscriptõe testiuz. Habeo etiam formã inuẽtarij quã bar. dicit habuisse a Jaco. bu. q̃ dicebat in ea interfuisse quinq̃z doc. vbi q̃tum ad testes sic inquit. Adhibita nãq̃z pñtia infra scriptoꝝ testiũ fidedignoꝝ z ydoneas facultates pos sidentiũ z asserentiũ affirmantiũ se cognoscere dictaz talem heredem ꝛc. Nota verbũ infrascriptoꝝ. naz di cit infra subscriptoꝝ. z sic verificat illud verbũ de testi bus de quib⁹ notarius attestat q̃ interfuerint licz sb scripti nõ sint. illi em̃ sunt descripti licz nõ subscripti. z sic inq̃tuz dicti doctores cõcipiũt verba in pson̄a no tarij volũt q̃ de oib⁹ credat notario de inuẽtario ro gato. s. de pñtia testiũ: de ydoneitate z ipsoꝝ assertiõe. Glo. etiã i corpe vnde sumit aut. sed cũ testator de q̃ bal. ibidẽ facit mentõem. z eã notat z tenet q̃ si i inue tario se subscripserũt tres notarij vltra illũ qui princi paliter fuit de ipso rogatus: licet nulli alij testes fuerũt adhibiti: sufficit qr vnus videt alteri attestari. nec mi nus credit eis q̃ sint tabelliões: imo plus. In casu an tem nostro vt ꝓponit cõtinet subscriptio principalis notarij z triũ alioꝝ qui vicẽ testiũ tenẽt. z sic affuit suf ficiens numerus cũ ad plus quinq̃z requirãtur cũ ab sint creditores z legatarij. et hic interfuerũt ser. s. tres notarij z tres alij testes: licz vnus eorũ se nõ subscripse rit. ex quo videt q̃ etiaz si necessaria foret subscriptio sufficit in casu nostro subscriptio dictoꝝ triũ notario rum z alioꝝ duoꝝ testiuz. Nec etiã reperio in tex. vel glo. q̃ requirat vt testes cognouerint defunctũ: ß suf ficit q̃ cognoscãt heredẽ: vt ptz in dicto. §. sin aũt du bius. nec aliquis doctor hoc dicit. Difficile eniz esset si forte stetit heres per longũ tẽpus anteq̃z sciret sibi de latã hereditatẽ. Nam ius adeũdi durat ãnis. xxx. l. licz z ibi no. C. de inf. delib. vnde difficile esset reperire te stes qui defunctũ cognouissent si i fi. xxx. annoꝝ heres adiret. Circa citatõez ꝛo creditorũ cõstat q̃ si de cer tis creditoribus non cõstabat sufficiebat citatio genera lis ꝓut facta fuit: iuxta no. p Inno. de ꝓcura. c. in nra. qui matri. accusa. pñt: cũ in tua. C. de remis. pig. l. si eo tpe. z tenẽt doc. in dicta aut. sed cũ testatoꝝ. z. in aut. si omnes. C. si vt se ab here. absti. Et sic dicta citatio fu it solennis: maxime si seruata fuit forꝝ statuti vt ꝓponi tur. z facta fuit cũ dimissiõe cedule ad domũ hereditã riã. ar. ff. de dam. infec. l. iij. §. totiens. Ex quibus ego cõcludo dictũ inuentariũ nõ viciari ꝓpter defectũ sb scriptõnis dicti testi. sicq̃z superflua relinquũtur dubia ꝑfata: ꝓut in sy. dicit: de offi. dele. prudentiã.

Consiliũ. CCVII.

An instrumẽtũ illi⁹ de q̃ dubitat an sit notari⁹ fidẽ faciat si adsit lra officialis loci asserẽti illũ esse notariũ.

Casus sequẽtis consilij.

An instrumentũ testamẽti factũ in longinq̃s parti bus p illũ de quo dubitat an fuerat notari⁹ fidẽ faci at. maxime qr vna lra officialis loci attestat illũ esse no tariũ. Item de tenore dicti testamẽti in quo instituit postumos: z vltimo morieti guidonẽ substituit. et po stumi nati nõ sunt: an ad guidonẽ aliq̃d ptineat rõne dicte substitutõis: vel virtute clausule codicillaris.

In christi nomie Amẽ

Videndũ est vtz fides sit adhibẽda huic q̃ dã asserit instrumentũ testamẽti. Circa q̃ repio tres opi. Prima est q̃ cũ ꝓducit instrumẽtũ factũ in longinq̃s ptib⁹ p illũ cui⁹ noticia non habet z qui negat esse no tarius. z testes etiã ibi descripti sunt ignoti. q̃ siquidẽ ꝓducens sit hõ bone fame q̃ nõ cõsuevit ꝓmittere fal sitates. Et instrumentũ sit i bona et publica forma nõ abolitũ. nec cancellatũ q̃ iudex debeat illi fidẽ adhibe re nõ obstãte ꝙdictõe ptis: nisi ille q̃ negat illũ esse no tariũ hoc ꝓbet. z hoc dicũt ꝓbari insti. de inuti. stipu. §. Item verbor. 7. §. fi scriptũ: de fide inf. §. fi. z aut. de insti. ca. z fi. §. apparet aũt. et hãc opi. tenet ibi azo i summa. quã etiam repio tenuisse cõsulendo dñm frã ciscum tigrũ de pisis magne auctoritatis virũ. alias emz esset ꝓcessus in infinitũ si ꝓducens haberet neces se illã ꝓbare notariũ. qr si ꝓduceretur instrumẽtuz notarius

tus simliter negaret q̄ ille qui cōfecit esset notarius: z sic numq̄ possit ꝓbari notariatus ꝑ instrumentuz qđ esset miquū. Secunda opinio est ecōtra q̄ iudex nullam fidē debeat adhibere nisi ꝑ ducēs ꝓbet illū esse notariū. q̄ testimonia documentoꝝ debent esse nota. C. dicitur ignotis sigillis: ita nec ignoto notario. ar. de cleř. pegri. c. j. z. c. ij. z qđ ibi per Inno. z per eundē de fide instru. Tercia est vt distinguat. Nam aut ille cōtra quē ꝓducit negat illum esse notariū. z tūc oportz ipm ꝓbare notariū ꝑ testes vel instrumentū tabellionatus vel q̄ ita publice se gerebat. ar. ff. de ritu nup. l. q̄ in p̄ uincia. §. diuus. Aut nō negat: z tūc siquidē agat de magno p̄iudicio. z ille ꝓtra quē ꝓducit sit absens de beat illi iudex adhibere fidē: recepto tm̄ ꝑ ꝓ iuramēto a ꝓducente q̄ instrumentū sit verū z a publica perso na factū. ar. in aut. de fide instru. §. si ꝓo moriant. z. §. si ꝓo nihil. Presumit enī ꝑ ꝓducente q̄ non ꝓmittat falsitatē: in. q. vij. sci mor: sue salutis. z q̄ non ꝓmittat falsitatē: in. q. vij. sci mus. als si agit de modico p̄iudicio: vel pars sit p̄sens indistincte illi stet. ar. eius qđ no. in dicto. c. ij. de cleri. pegri. ꝑ Inno. Et hanc distinctōem teneo: z videtur colligi ex dictis spe. in ti. de instru. edic. §. restat. versi. ß quid si. ꝓducit. z ꝓ si. z scias. z ꝓ si. illud aūt. Pro quo etiam bene facit qđ alibi dicūt canōiste q̄ decreto cle ricis sit fides adhibenda si nō apparet cōtradictor: als secus: vt no. de do. et cōtu. in. c. cū olim: ꝑ Jo. an. de elec. cu piētes. li. vj. Cum ĝ in casu nostro agat de ma gno p̄iudicio: z ille cōtra quē ꝓducit negat illū esse no tariū: debet ꝓducens hoc ꝓbare. Sed nūc est viden dum vtrū lra testimōialis potestatis vt dicit illius loci sufficiat ad ꝓbatōem. Rndeo nō. q̄ dictio vni⁹ q̄ntū cūq̄ p̄sidiali honore refulgeat nō creditur. iij. q. ij. §. vni⁹ vere: đ testi. c. cū a nobis. vj. q. ij. §. qđ aūt. z. c. qđ placuit. C. de arbi. l. ne. in arbitris. Jtez talibz lris testi monialibz cū sunt narratiue de eo qđ nō ptinet ad of ficiū iudicis. z cū agit de magno p̄iudicio nō creditur ar. C. si ꝑ vim vel alio modo. l. fi. z no. ꝑ guil. de cu. C. đ epis. z cle. l. siq̄ ꝑ calūniā: in fi. et ꝑ archi. expresse i. c. vt đ testi. cū a nobis ꝑ Jo. an. đ ꝓba. c. post cessionē. Nō em̄ testimonijs: sed testibz tradendū est. ff. de testi. l. ij. §. idez diuus. Nec debet plus credi lris alicuⁱ q̄ viue voci: in aut. de testi. §. siquis cuz. Hoc aūt qđ iste in dex testificat nō ptinet ad officiū suum. nō em̄ ad hoc eligit potestas. Jtem magnū p̄iudiciū importat. ꝑte rea nec de potestate nec de suo sigillo noticia habetur: cū sit in valde remotis ptibz. ergo non datur sibi fides etiam vbi de modico p̄iudicio ageret: sed req̄rent lre vel sigilla pluriū. Et ar. de accu. cū dilecti. Sed nunc videndū restat secūdo loco de tenore dicti asserti testa menti: posito q̄ instrumentū faceret fidem vtrū vigo re ipius potuerit iste guido hereditatē appꝛehēdere. vbi considerandū est q̄ testator instituit postumos si bi nascituros: z eos iuicez substituit. vltimo ꝓo morie ti substituit guidonē: que quidē substitutio guidonis in dubio videt fideicōmissaria. ff. de leg. ij. l. titia seyo. §. seya: de vsufruc. le. l. codicillis. Videt em̄ vltimo de cedens grauat⁹ de restituēdo. Cū ergo nullus postu mus natus sit: institutio p̄dicta videt ꝑ non scripta: si cut cū instituit ille qui nō est in rerum natura. C. de ca du. tol. §. cū triplici. ꝓ si. ea em̄. ff. đ his q̄ ꝑ nō scriptis ba. l. pen't. Per qđ ptz q̄ hereditas est in causa inte stati. z sic ad fororez testatoris ptinet que est ꝓximior. Nec potest dict⁹ guido vigore substitutōis facte vlti mo morieti hereditatē obtinere. Nam aut vult veni re iure directo z nō potest. q̄ cuz substitutio de sui na tura sit obliqua nō trahitur ad directā: nisi ī certis ca sibus speciaļibz. vt no. ff. de vul. z pu. l. verbis ciuilibus de mili. test. l. nec ĝ em̄. §. fi. de fideicōmis. libe. l. pantoni us. Aut vult venire iure obliquo z idem. q̄ nō est qui sibi restituat cū nullus natus sit. z sic substitutio predi cta effecta est inutilis. ff. đ iure codicill. l. quidē referūt. sicut cū heres rogatus de restituēdo ante aditaz here ditatem decedit efficit fideicōmissuz inutile. ff. ad tre bel. l. ille a quo. §. si de testamēto: in fi. z no. plene. C. đ fideicō. l. eam quā. Sed quero vtrū vigore clausule codicillaris que est in dicto testamento. q̄ testator di rit se velle valere iuꝛ. testamēti et codicil. vtrum dicta substitutio videat repetita a venientibz ab intestato. z sic teneat dicta fororez restituere hereditatē dicte gui doni. Videt q̄ non. quia testator voluit ad guidonez deuenire cū vlteri⁹ morereť. sed nullus natus est. ergo cōditio nō potest existere. q̄ nō potest dici mori q̄ nūq̄ natus fuit. ar. ff. de condi. z demō. l. titio vsufruct⁹ Contrariū puto. s. q̄ si ꝑsupponeremus instrumentuz facere fidem: licz hereditas ab intestato pertineret ad ipam fororem q̄ postumi nati nō sunt. tamē fororez vi gore clausule codicillaris teneret restituē guidoni pu re et simpliciter. Naz paria sunt clausulā codicillarem apponere: vel a venientibus ab intestato relinquere. vt no. C. đ fideicō. l. ex testamento. z. l. quid autē. in prin. siquis ob cau. testamēti: de leg. ij. l. lucius. §. filiam. z. l. codicillis. §. fi. per Dy. Nec ob. q̄ illa cōditio non pos sit existere. nam ex quo non sunt reddit impossibilis. et sic habet ꝓ non apposita: de condi. z demō. l. multa. §. si seruos: de leg. j. l. ab oīibus. §. in testamēto. Jtez q̄ redderet fideicōmissum nullū videtur repetita ī ve nientibus ab intestato: de le. j. l. siquis a filio: đ ver. ob. l. titia. §. idem rndit. Sequit ergo q̄ fideicōmissuz est purum. z si instrumentū faceret fidez teneret dicta fo ror restituere statim guidoni deducta q̄rta. Sz nūc queritur vltimo posito q̄ nō faciat fidem: z sic restitue re nō teneatur. vel posito q̄ faciat: z sic possit retinere quartā ab intestato: vtrū remissio z quietatio facta ꝑ dictam fororem ipam excludat a p̄dictis. Respondeo q̄ non. quia ipa remisit ius qđ habebat contra fratrē ratōne substitutōis paterne: non autem successioni ab intestato. Quotiens aūt quis habet duas vias diuer sas repudiendo vnā non excludit ab altera: siue am be sint ab intestato vt in. l. j. §. sed videndū: đ suc. edic. siue ambe ex testamēto vt in. l. recusare. §. titius: ad tre bel. C. đ codicil. l. fi. siue vna ex testamento z altera ab intestato: đ leg. ij. cum pater. §. titio: de inoffic. testa. l. paꝑ.. §. quarta autem: in fi. Preterea hic expsse reser uauit sibi ius succedēdi ab intestato ipi fratri: z per cō sequens dictū ius sibi cōseruauit. ff. quib⁹ mo. pig. vel ypo sol. l. debitor. §. j. de libe. exhiben. l. iij. §. penulti. de aqua quoti. z esti. l. pen't. Preterea etiaz si expsse vo luisset non poterat. quia spes succedendi ab intestato non est in rerum natura viuo testatore: nec cadit in re pudiatiōe. ff. đ transl. l. qui cuz tutoribus. z ibi per bar. đ libe. lega. l. post emancipatōem. đ coll. l. pactum: cuz sy. Ex quibus patz q̄ ius habeat dicta fororez in here ditate fratris sui ꝓtra dictū guidonē. Laus deo.

Consiliū. CCVIII.

Utꝝ vilitas z infamia notarij viciat instrumentū.

Nchristi nomie Amē

Super primo dubio dicenduz est q̄ cum di uersitas temporis quo dicit maleficiuz cōmissum faci at diuersificare maleficiū quādo in se est reiterabile: iu xta plene no. per bar. in. l. denūciasse. §. quid tamen. ff. đ adulte. per. l. testium. C. đ testi. z ar. đ condi. indeb. si non sortem. §. libertus. z qđ no. in. l. pantonius. §. rei. ff. đ acq̄. here. z express. in. c. cū Johānes: đ fide instru.

de re iudi. abbate. li. vj. ⁊ per bar. in. q. disputata p eaz q̄ incipit per italiam cōmuniter sunt statuta ⁊c. Et in casu nostro maleficiū sup quo inquirit erat reiterabile. qz potuit cōfici falsum instrumentū de augmēto octis die secunda augusti. Item aliud die. xxij. eiusdem. Et in ista inquisitiōe fuit deducta falsitas cōmissa die secūda augusti: deinde fuit pductū instrumentū cōfectum die. xxij. eiusdem. ⁊ nullū aliud confectū die secūda. Dicendū est q̄ si esset: esset probata falsitas instrumenti istius pducti qđ tamē negatur: nihilomin⁹ non potest sequi cōdemnatoria sententia: sed absolutoria. eo q̄ falsitas in inquisitiōe deducta: scilicet facta die secunda non fuit pbata: ⁊ falsitas pbata non fuit deducta. ar. ad primū. C. de eden. l. qui accusare. Et ad secūdum. ff. cōmu. diui. vt fund⁹. C. de fideicō. lib. l. fi. ⁊ qđ no. Inno. in. c. j. de lit. cōtest. qui dicit q̄ si causa i libello deducta nō probet: licet alia fuerit pbata. vt qz petit. rem ex causa depositi. et pbau de cōmodato non cōdemnabitur reus licet appareat debitor: sed absolvetur. facit. l. habebat. ff. de instito si ps here. pe. l. nō possumus. ⁊ qđ no. in addi. spe. ti. de acti. seu peti. §. sequitur videre. Multo ergo minus debet sequi cōdemnatio si nō est pbata falsitas istius instrumēti pducti cōfecti die. xxij. quia possibile est q̄ in die secūda fuit cōmissa ⁊ in die. xxij. nō fuit cōmissa. ergo ⁊c. ar. l. nō hoc C. vnde cognati: de pba. l. ad pbatiōem. Super secundo ꝓ quesito bar. in. l. eos. ff. de fal. ꝓ si. quero pro declaratōe. ⁊c. tenet q̄ sit in arbitrio iudicis admittere talem depositōem vel eam repellere. Sed bal. C. de testi. l. iurisurādi: post prin. et eo. ti. in. l. fi. circa fi. tenet expresse q̄ talis testificatio vel depositio nihil valet. qz testis debet testificari specifice: nō autez cōfuse per relatōem. Si tñ se referret ad suam ppriam scripturam quā ipe testis fecisset p memoria ipius testis videt valere p. l. iubemus. §. sed ne aliq̄. C. de testa. Tamē bar. in. l. j. ff. si cer. pet. in vlti. seu penlt. colū. ibi dum dicit: quedaz est auctoritas priuata ⁊c. exemplificat ⁊ declarat illam. l. quādo in testificādo specificaret ptenta in sua scriptura. ⁊ postea in redditōe cause q̄liter satis se referret ad illā. Sed in casu nostro nec se refert ad ppriam scripturaz notarij licet de ppria testifica. Item nō specificant cōtenta in priori testificatōe. ⁊ sic videtur testificata non valere ꝑm bal. in. l. palle. maxime in hac causa criminali vbi agitur de maiori diudicio. et sic cautius est agendū. ff. ad carbo. l. j. §. sed et siqs. de elec. c. vbi periculū. li. vj. Illud autem cōstat testificatiōes factas in causa ciuili tanq̄ minus plena fidem non facere in criminali tanq̄ magis plena ad finem condemnatōnis ꝑm bar. qui ita no. in. l. ij. ff. vi bo. rap. p glo. q̄ est in. l. siquis ad se fundū. C. ad. l. iul. de vi. facit qđ in sy. dicim⁹: qñ vtraq̄ causa est ciuilis: tñ vna plenaria: altera summaria. qz acta facta in summaria ⁊ etiā sententiam nō faciūt diudiciū in plenaria. l. siquis a liberi §. si vel parens: de liberis agnos. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. penlt. ⁊ qđ no. ple. p bar. in. l. q̄ rome. §. duo fratres. ff. de ver. oblig. i distinctōe i. ij. coll. Sup tercio quesito. rñdeo q̄ vilitas psone notarij etiaz cū infamia iur. non habet viciare instrumentū de quo fuit ab vtraq̄ pte rogatus: ex quo nondū erat depositꝰ ab officio: etiam si post cōtractā infamiā vel vilitatez fuit rogatus ꝑm bar. qui ita determiat. ff. ad. l. iul. repet. l. eadem. Quinimo etiam si cōmisisset falsitatem in officio tabellionatus ꝓpter quam veniret priuandus officio: si tamē adhuc nō est priuatus potest instrumenta cōficere ꝑm Inno. in. c. fraternitatis: de here. et spe. in ti. de instru. edic. §. restat. ꝓ si. quid si tabellio. ⁊ bar. in quodā cōsilio qđ incipit: ser Jo. ⁊ bal. in. l. iubemus §. sane. C. de sa. sanc. eccle. Sed idem bal. in. l. cunctos populos: qđ sum. tri. allegat cōtra bar. glo. que est in. l. ij. §. miles. ff. de infam. Sed illa glo. nō ob. quia fateor quādo infamia iur. est sufficiens causa ad priuandum notariū officio ꝓnotariatus. Et ita debet intelligi illa glo. Sed anteqū sit priuatus notarius est: ⁊ potest instrumenta cōficere q̄ sumūt efficaciā ab officio sibi collato ⁊ nondū adempto. ⁊ ita intelligūtur auctoritates supra allegate. Et idem videtur idez bal. declarare in l. militibus. C. de testa. mili. Item idez bal. distingue re videtur in dicta. l. cūctos populos: an crimen vel infamia sit notoria vel nō. ⁊ allegat glo. in aut. de tabul. §. penul. p qua distinctōe facit. C. ad pbandum de re iudi. Sed certe ista distinctio p̄cederet quādo cōmisset tale crimen: ex quo ipo iure priuatus esset officio notariatus per sententiā legis. quia talis sententia nō faceret instrumēta que postea fierēt esse nulla: nisi crimen ex quo fuit priuatus esset notoriū. Sed q̄n priuatus est per sententiā hominis: tūc talis distinctio nō adhibetur: imo indistincte nō valerent instrumenta postea cōfecta. Et intelligit et declarat bal. illam glo. que est in dicto. §. penult. in aut. de tabelli. in. l. ij. C. de sen. Similiter si est tale crimen ex quo nec per sententiam legis: nec per sententiā hominis est priuatus officio. vt in casu nostro p̄dicta distinctio locum nō habet. quia indistincte valet postq̄ in officio tolerat. Negari tamen nō potest quin aliqualiter fides attenuet quādo deliquit in officio faciendo instrumentuz falsum: licet adhuc ab officio nō sit depositus. C. de suscep. ⁊ archi. l. si aliquid. ff. de eden. l. siquis ex argentarys. §. j. cum sua glo. secus si aliquo alio modo deliquisset vt dictus iuristis no. Si ergo non viciātur instrumēta post cōfecta: multomin⁹ cōfecta prius: seu de quibꝰ primo fuit rogatus q̄s crimen essz contractū seu infamia: vt no. in spe. de instru. edi. §. restat. versi. quid si contractum sit. Nec eoz̄ fides attenuatur etiam si postea publicata fuerint. quia publicatio trahit retro ad tempus rogatus cum habeat necessariā consequētiam ad illud. l. ij. §. minozem. ff. de mino. ⁊ in. §. j. qđ no. in. l. damni §. sabini. ff. de dam. infec. Inhibitio autem seu precepti cozrectoris qđ non cōficeret vel publicaret instrumenta ⁊c. non habet afficere vel viciare instrumenta. quia nō tollit officium. C. comi. vel episto. per totum. sed afficit personam illius vt de cōtemptu p̄cepti posset puniri: per ea que plene in sy. habentur. C. de cōdi. ob cau. l. ea lege. Super quarto quesito breviter clarum est q̄ cōtradic r.o vnius ex testibus descriptis instrumento non viciare nec facillare facit fidem eius posteaq̄ sunt alij testes in sufficienti numero qui nō cōtradicunt: vt plene no. per glo. ⁊ bar. in. l. j. §. fi. ff. quē ad. testa. ape. Nec aliquid facit in cōtrarium eius fuga. quia illa aggrauat conditiōem ipius fugientis scu cōtumacis. ff. ad sill. l. lege iul. nō autez aliorū ad quos pertinent instrumēta. ar. l. si ideo. ff. de euic. ⁊. l. qui repudiantis. §. fi. cum alijs sy. ff. de inoffi. testa. Super quinto dicendū est q̄ pbatiōes facte super innocentia probanda per quemcūq̄ p̄sunt inquisito vel accusato etiam absenti ⁊ ignozāti ad absolutōem. quia etiam si nullus faceret: iudex tamen ex suo officio querere debet p innocētia. ⁊ ea reperta inquisitū absolvere. ff. de penis. l. si nō defendātur. Fortius ergo debet admitti quilibet ad probādum innocentiā: put in similibꝰ iuribus arguit. ff. de bo. pos. l. seruus. Non dico q̄ admittitur nomīe inquisiti etiam cuz mandato. quia sic posset inquisito nocere. ergo ⁊c. l. penulti. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. sed admittit̄ nomīe suo. quia quilibet censetur interesse ratione humanitatis ne innocēs puniatur. l. non tm̄. ff. de appel. vel nomīe rei publice cui⁹ interest. similiter de penis. l. absentem. sicut eius interest ecōtra q̄ nocentes puniātur. l. si a reo. §. quod vulgo. ff. de fideiuss. l. ita vulneratus: ad. l. aquil. l. bona fides. versi. latro spolia. ff. depositi. ⁊ neutro casu possit nocere: sed p̄desse inquisito: put in sy. dicimus in cōiuncta

persona agente p cõiuncta.l.iij.§. sed si forte. ff.iudi. fol. Et p hoc qđ no.bar.in.l.seruũ.§.publice.ff.de p cura.7.C.de transl.l.vbi pactum:ante fi.maxime autez in casu nostro cuz istius bugolini interesit pecunialiter defendere instrumentũ a falso ꝓdesse debent dicte ꝓ bationes saltez respectu sui interesse per ea que no.in l.si suspecta.ff.de inoffi.testa. Super sexto et vltimo dicendum videt q et si dictus inquisitus veniret cõ demnãdus ppter suam cõtumaciam tanq habit ꝓ cõfesso ex forma statuti:tamẽ hoc non deberet nocere dicto bugolino. Sed quo ad ipsuz debet reputari in strumentũ pro vero.quia magis ppter cõtumaciã su am videret damnari q̃ qz foueret malam causam.l.si ideo.ff.de euic.de inoffi.testa.qui repudiantis.§.fi.et qđ plene no.bar.in.l.cũ filius.ff.de ver.obli.in questi one disputata per eũ. Et per cõsequẽs sequitur q bu golinus habet iustam causaz petendi a iudice inquirẽ te q si eum cõdemnat declarat talem cõdemnatõnem bugolino nõ nocere:per ea que plene et ad ꝓpositum no.bar.in.l.a sententia.ff.de appel.7 Inno.in.c.cũ su per:de re iudi.ergo debet exaudiri.ff.de bis q̃ sunt sui vel alie.iuſ.l.j.§.primo. Laus deo.

Consiliũ.CCIX.

An sufficiat subscriptio notarij q̃ totũ instrumen tum scriptũ est manu alterius. 7 in quib casib notari us possit delegare 7 cõmittere alteri scripturã.

Nchristi noie Amen.

Cum sup ista materia pisani me als cõsulerẽt: ꝓponebant casum q prima grauedo de florenis.xxx. milibus in ãno fuerat imposita solũ p trib ãnis. Et q postea cũ restarẽt menses.xiij. de primo triẽnio fuit re ducta ad florenos.xviij.milia.p quolibet ãno. Et pro alio triẽnio ppter qđ ego cum quibusdaz aliis cõsului q nil soluere tenebant dicte opere. qz nullã gratiã vi debãtur recepisse cum pro.xxxv. milibus florenis que restabãt soluere p dictis.xiij.mensibus impositũ fue rat eis onus quinq̃ginta q̃tuor miliũ soluendorum pro alio triennio:qđ intelligi poterat cõputatis dictis tri ginta q̃nq milibus que soluere restabãt p dictis.xiij. mensibus.7 sic de ipis nulla intelligeret facta remissio sed potius tempus ꝓrogatũ cuz adiunctõe alioꝝ.xix. miliũ de nouo.vnde cum p dicta termini ꝓrogatione quia soluere habebãt dicta. xxxv.milia in.xiij.mẽsib 7 ꝓrogatũ fuerat ad tres annos grauati fuerint de no uo in.xix.milibus alijs:que cũ alijs computatis faciunt quinq̃ginta q̃tuor milia ī trib ãnis vt primo dixi nul lam gratiam vel beneficiũ censebãtur recepisse. ar.ff.de leg.j.l.ciuitatib:in fi. Nũc autem mihi ꝓponitur et asseritur primũ fundamentũ non esse verum.quia pri ma grauedo fuit perpetua 7 sine temporis pfinitõne. Et q postea p triẽnio fuit reducta ad.xviij.pro quo libet anno. Deinde ad.xv.pro vno ãno postea ad.xij. milia imperpetuũ 7 sine tempore. demũ 7 postremo in totum ãnibilata pro decẽnio:ppter quod cessant alle gata et deducta in alio cõsilio.qz non potest dici facta dumtaxat termini prorogatio de eo qđ restabat đ tri ennio:sed potius remissio đ mille florenis quolibet mẽ se per primã exgranatoriã q̃ reduxit. xxx.ad.xviij. Si cm dicta exgranatoria nil voluisset remittere: sed solũ ꝓgare terminũ soluendũ ad trienniũ de eo qđ erat soluendum infra.xiij.menses tm̃ non statuisset q̃ sol uerent.xviij.tm̃ quolibet anno dicti triennij.sed.xxx. quolibet ãno virtute prime aggranatorie:7 etiam vl tra quatinus tã geret pro rata de.xxxv.milibus qui de bebant solui infra dictos q̃tuor decim mẽses.vnde ne gare nõ possunt pisani quin obtinuerint remissionem pro dicto triẽnio.quia cum deberent soluere quolibet mense duo milia quingẽta reducti sunt ad mille quin genta. Nec dicere possunt q per secundam reformationem factam in.M.cccc.xvij.fuerint in aliquo grauati:sed solum exonerati.grauati enim fuissent si pri mo reformatio de.xxx.fuisset facta pro triennio tm̃ vt ꝓponebatur. Nam tunc secunda cõtinens aliud triẽnium nouũ onus cõtinuisset etiam ꝓrogatiõem đ par te primi triẽnij:vt in dicto consilio deduxi.sed sine tẽ poris pfinitione nõ potest dici q secunda reformatio cõtinens minorem quãtitatem cõtineret nouũ onus: sed solum diminutõem primi:vt patet recte intuenti. Ex quibus dico conclusiue dictos pisanos teneri di cte opere hoc modo videlicet. quia quousq̃ durauerit prima reformatio đ.xxx. milibus:quia nõ fuit ex toto sublata:sed ad tempus suspensa:tenẽtur soluere p ea summa quã minus soluerũt ratiõe suspensionũ. vñ quousq̃ soluerũt.xviij.tenẽtur soluere pro.xij.milib remissis.7 postea cum per aliam reformatõnem reducti fuerũt ad.xv.quousq̃ dicta.xv. soluerunt cõmuni tenẽtur soluere ope,p alijs.xv.remissis. Quz dictis casibus verificata fuerunt in eis verba reformatõnis facte in fauorem opere:que loquitur quando onus erat perpetuuz ĩmutatum ad tempus:vt ex tenore eiꝰ apparet. Postq̃ đo per reformatõem factã in.M.cccc. xvj.recessum fuit ab illa prima imperpetuũ:quoniam actum est vt perpetuo soluerent.xij. quia reformatio facta in fauorẽ opere loquit de exceptione temporali ab onere perpetuo:vt patet circa fi.dum dicit q̃ solu ant quolibet anno quo durabat dicta ĩmunitas ꝛc. Sed reformatio facta in ãno.M.cccc.xvj.non continet exceptiõem temporalem:sed potius onus nouum perpetuũ.xij.milium.7 per eam recessum fuit a ꝓma de xxx.quia non debent eodem tempore concurrere duo onera perpetua:7 sic iuſ.cuiusdam nouatiõis transitũ est de.xxx.ad.xij.ar.ff.de pacto.stipũ.l.valerianus.ff.lo ca.l.cum in plures.§.lege dicta. Non ergo vendicant sibi locum verba reformationis facte in fauorem ope re loquẽtis de temporali exceptione.igitur nec eius di spositio.ff.de accu.l.hos accusare.§. omnibus:de dã no infec.l.iij.§. totiens:de aqua quotid.7 esti.l.j.§.lo quitur. Sed secuta vltima reformatõne facta in.M. cccc.xvij.que fecit ipos in totum exemptos pro decen nio:dico eos soluere debere durante dicto decẽnio p xij.remissione.quia in hoc casu locũ sibi vendicant ver ba dicte reformatiõis.non autem habent soluere pro xxx.quia per vltimam reformatiõem non fuit conces sa ĩmunitas a triginta milibus:a quoꝝ grauamie iam fuerat recessum per vltimaz reformatõnem in totum. intãtũ q illa ꝑma reformatio erat in totum sublata:ꝫ concessa fuit ĩmunitas a.xij.in dictis per penultimam reformatõem. Pro illis ergo tãtũ soluere debẽt vt cõ cludamus q ab anno.M.cccc.j. quo facta fuit prima reformatio de.xxx. milibus vsq̃ ad annũ.M.cccc.xvj. soluere habent p eo q minus soluerũt de summa.xxx. virtute reformationũ interim factarũ de minori sum ma. Et hec est prima conclusio. Secuta đo penulti ma reformatõne in.M.cccc.xvij.reducente eas ad.xij. nil habet soluere opere quousq̃ soluerunt dicta.xij. cõmuni. Et sic pro vno anno quo durauit. Et hec est secunda conclusio. Sed secuta vltima reformatiõe re mittente dicta.xij.milia pro.x. annis extũc soluere ha bent opere pro dictis.xij.et non vltra quousq̃ dura bit eis dicta exemptio decẽnalis que dicitur exemptio a.xij. non a.xxx. Et hec est tercia conclusio. Et quia tempore quo facta extitit non durabat grauamen de xxx.milibus:sed de.xij.milibus:per quod recessum fu erat a primo:vt supra dixi. Et ita etiam colligit ex di cto consilio als pro me reddito vbi dixi eos teneri pro

summa quã constare posset eis fuisse remissam. Et hic constat apte quid ꝛ quãtum. restat rñdere allegata in cõtrariũ. Et primo nõ ob. ꝙ ciuitas pisaruꝫ nõ erat de cõmunitate florẽtie tpe dicte reformatiõis edite in fauorẽ ope. qz nihilomin9 dico dictã reformatõez ad eos extendendã. qz nõ loquit̃ p verba pñtis tẽpis. s. ꝙ ciuitates ꝛ terre q̃ sunt de cõmunitate ꝛc. Tũc enim posset pcedere cõtrariũ. ar. l. si ita. ff. de au. ꝛ argẽ. le. ß loquor ꝙ verba indefinita sine verbo pñtis tpis. s. ꝙ omes ꝛmunitates de comitatu ꝛc. et sic ꝛpõhendit etiã futuras. l. si seruit9: in prin. ꝛ primo rñso. ff. de serui. vr. pdi. de dã. infec. l. dãni. §. si is qui vicinas: in fi. cũ concor. Preterea etiã si cõtineret verbum pñtis tpis adhuc idem est: exquo pfert̃ a lege. qz lex semp loquit̃ l. ariani. C. de here. ff. de condi. ex lege. l. vnica. Et nota. bar. in dicta. l. si ita: de au. ꝛ argẽ. lega. in primo mẽbro distinctõis. Item non obstat cle. lras: de rescrip. qz ibi ibi est quedã ratio specialis de qua ibi no. in glo. fi. que nõ habet locũ in alijs. vnde decisio illi9 cle. econtra iuꝛ. rigorem: vt patz ex multis exemplis ibi positis p glo. ĩ cõtrariũ. Et sic ad alios casus non est trahenda. Item nõ ob. ꝙ ciuitas pisana ex pmissione cõmunis florentie habet ppria statuta. ꝛ sic nõ subijcit̃ statutis cõmunis florẽtie: nisi ea no. in. l. si cõuenerit. §. si nulla: de pig. ac. p doc. ꝛ in. c. j. ne se. vacã. qz illud pcedit q̃tum ad statuta disponẽtia inter seipos pisanos. Istud añt statutum seu reformatio facta in fauorẽ opere nõ disponit inter eos: sed cõtra eos. vnde sine dubio sibi subijciũtur: nec aliquid in cõtrariuꝫ faciũt no. in dictis locis si bene inspiciãtur. Item nõ obstat ꝙ pisani erãt nimis excessiue grauati. ꝛ sic nõ videnť ꝛsecuti beneficiũ. q̃a debebãt exgrauari ex debito. ff. de aq̃ quoti. ꝛ esti. l. j. §. penulti. ibi nec est hoc beneficiũ ꝛc. vbi videť tex. ꝛ sic cessant ꝛbba reformatõis edite ĩ fauorẽ ope. Nec obijci nõ põt si petať ꝙ solvãt ꝙ vltima exemptiõe q̃ eximit eos in totuꝫ cum saltem aliquid soluere deberent. Preterea cũ dicte exemptões semp fiant vel vt ĩplurimũ ꝓpter dictam causam oneris excessiui nunq̃ sibi locum vendicaret reformatio pdicta si nõ haberet locuꝫ in casibus pdictis. Credendũ est ergo ꝙ de talib9 exemptõib9 senserit. ar. ff. de legi. naꝫ ad ea. Preterea cum cõmune florẽtie potuerit imponere dictuꝫ onus licet graue tolerandũ erat centesima. dis. cõtra morez: in prin. Igitur hoc respectu remittẽdo censeť beneficium cõtulisse. qz beneficiũ est beninola actio gaudiuꝫ tribuẽs. ꝛ ista descriptio hic verificať. Preterea prelatus tenetur beneficiũ vacans cõferre: ꝛ tamẽ cõferendo dicit̃ beneficiũ ꝛ gratiam cõcedere: de pben. c. relatum: ꝛ ibi no. Preterea licꝫ teneretť cõmune florentie ex vrbanitate: nõ sic tamẽ vt posset cogi cum nõ recognoscat superiorem seu indnci poterat. ar. l. penlt. §. illo. C. de necess. ser. ergo ꝛc. Et sic nõ ob. l. j. §. penlt. de aqua quoti. ꝛ esti. qz quodã respectu nõ dicit̃ cõsequi beneficiũ qui cõsequit̃ debitum: vt ibi dicit̃. Sꝛ si nõ est oñino debitũ taliter ꝙ ad ipm possit inuitũ cõpellere illũ a quo cõsequit̃ bene dicit̃ beneficiũ illo respectu: vt in similib9 habeť in. l. in bello. §. siquis seruũ. ff. de capti. vbi potest quis habere obligatã rem suã que nõ est simpliciter et irrenocabiliter sua. Item potest quis pscribere rem suam quãdo nõ est simpliciter ꝛ irrenocabiliter sua. C. qñ me. cau. l. iij. vbi no. in magna glo. fi. Cõcludit̃ ergo vt supra. Extuꝫ ꝛo ad causaꝫ fex miliũ de quib9 vltimo loco queriť patz respõsio ex suprascriptis. qz ꝙ pena remissa. i. illo quarto puta dicũt soluere dicti pisani. Sed ꝙ fex milib9 de quib9 habuerũt solũmodo terminũ ad soluendũ ꝛ non remissionem soluere nõ debent: ne duplici onere grauenť. s. ꝙ soluant cõmuni ꝛ etiam opere. ff. de leg. ij. l. titia. §. qui in vita. ꝛ l. nauis. §. cuꝫ autem. ad. l. rodi. de iac. Nam quãtitas ista q̃ soluẽda est opere venit soluẽda ꝙ gratia facta cum recõpensatõe eius de eis dimittit̃. igitur non debꝫ solui nisi quatenus remittit̃. qz limitata causa limitatũ pducit effectũ: de his que in testa. dele. l. cãcellauerat: de itine. actuq̃ priua. l. j. §. iul. Nec ob. verba reformatõis q̃ dicunt ꝙ debeant soluere ꝙ toto: ꝙ solvissent si gratiam ꝛ remissionem non habuissent. quia debet intelligi sane cum hac suppletiõe videlicet. quia dum dicit ꝙ qualibet libra quaꝫ soluere deberet ꝛc. subaudi ꝛ nũc ꝓpter dictam gratiam non debent: ꝛ ita innuit illud verbum deberẽt quod est ptenitum ꝓ perfecti. Et sic innuit ꝙ de pñti non debent. Et hoc me sequať absurditas. Nam si deberent soluere opere ꝙ eo ꝙ eis nõ remittit̃: posset attingere ꝙ gratia ex hoc redderetur inutilis. puta si aliquis deberet solvere cõmuni viginti milia libras: ꝛ sibi gratia de centuꝫ libris: certe si solvẽt denarios ser ꝙ qualibet libra de. xx. milibus tantũ vel plus ascẽderet id qñ solueret opere quãtum sibi remitteret: qñ esset absurdum. et ideo nõ est credendũ populum florentinũ cum fecerit dictã reformatõem hoc voluisse. ar. ff. de leg. iij. qui cõcubinã §. qui hortos. ꝛ l. patronus. §. codicillis: de lega. j. si res obligata. ꝛ qñ no. ꝙ doc. e. ti. l. cuꝫ seruus. ꝛ l. apud iul. §. si fundus. ꝛ quod no. Ly. C. de cadu. tol. §. ne autez. Quia igitur verba dicte reformatõnis possunt sic intelligi ꝙ non teneãt absurditatem: dandus est eis talis intellectus tanq̃ benignior. ff. de legi. l. benignus: de bonis liberto. Nam absurdum de neg. gest. l. nemse. Alius autem intellectus esset inhuman9. Preterea beneficia largissime sunt interptanda contra cõcedentem. ff. de consti. prin. l. beneficium: extra de donat. cum dilectus. Laus deo.

Consiliũ. CCX.

Non cõficiens inuentariũ an perdat trebellianicã. Et an minor nõ ꝓficiẽs inuẽtariũ teneať vltra vires.

In christi noĩe Amen.

Super primo dubio fuerũt opiniões inť doctores iur. ciuilis. Naꝫ Jaco. de bel. disputando tenuit ꝙ ppter nõ cõfectõem inuentarij non perdatur trebellianica. quia nõ reperit̃ iuꝛ cautũ. Et inducit Rofre. hoc tenentem vt ipe Jaco. no. in autẽ. de hereditate. ꝛ falci. §. hinc nobis: in qrta decima qñstione. quaꝫ opinio videtur sequi Jo. an. in addi. spe. de instru. edic. §. edicto: in addit̃. que incipit de trebellianica dubitať. vbi etiam ponit alias ratiões quas dictus Jaco. pro se adducit. ꝛ transit cũ illius decisione non reprobãdo ipaꝫ vnde tacite videtur eam approbare. Idem etiam tenuit bar. in. l. marcell9: circa finẽ principij. ff. ad trebel. Alij tenent contrarium quos refert Jo. an. ibi. Ly. in añt. sed cum testatoꝛ: in addi. arguẽdo pro ꝛ contra. finaliter tenent ꝙ aut hereditas veniebat restituẽda statim. ꝛ tunc nõ incumbebat heredi onus cõficiendi inuentarium. ꝛ sic non venit pñãdus. Aut ex interuallo: ꝛ tunc secus. Et ꝑm hoc in casu nostro cum veniret restituẽda non statim: sed sub conditõe si decesserit sine liberis incumbebat onus. et sic debuit perdere trebellianicam si nõ cõfecit. Bal. in dicta añt. sed cum testatoꝛ: in prima collatõe dicit ꝙ primi doctores quitenent ꝙ trebellianica non perdať: non ponderauerũt tex. ĩ añt. de here. falci. §. hinc nobis. versi. illo adiecto ꝛc. vbi dicit ipse expresse ꝓbari contrariũ ꝙ imo perdatur. quia ille tex. generaliter loquitur de legatarijs ꝛ fideicõmissarijs citandis in cõfectione inuentarij. ꝛ sic loquitur non solum de particularib9 fideicõmissarijs: sed etiam de vniuersalibus quos constat citari debere quia pretendũt interesse. ergo ꝛc. l. nam ita diuus. ff. de

adop. ⁊ tamen ibi tex. dicit q̄ hoc facere ꝺebet nō solū qui timet ne patiatur ꝺamnū: sed etiam si vult lucrū cōsequi scilicꝫ ꝺetractōis quarte ergo est ibi expressū q̄ si non conficit lucrum tale non cōsequitur. Prete rea inuentarium fit ne heres subtrahat et occultet res hereditarias: vt i ꝺicto. §. hinc nobis. Et sic ita inter est fideicōmissarij vniuersalis q̄ fiat sicut particulari um legatariorum vel fideicōmissariorū. ⁊ hoc quando heres attingit bona hereditaria ante restitutōem. quia tunc suspitio subtractionis imminet. Sed si non attin gat sed aꝺijt ⁊ statim solo verbo restituit: tūc cessat di cta suspicio. Et potest procedere prima op. ⁊ id quod no. Ly. in ꝺicta auᵗ. qꝺ̄ satis placet. Et sic in casu no stro: quia attingit. Et ꝺudum post restitutōnem imi net restitutio facienda. ⁊ multa potuit occultare. ꝺicē dum est q̄ non sit locꝰ ꝺetractōi trebellianice que pre sumptio etiam fortificaᵗ ex eo q̄ presupponitur in fa cto q̄ multa alienauit ⁊ dissipauit in ꝺerogationem fi deicō. sic ⁊ subtrahere ⁊ occultare potuit. Et propter bonam fidem non seruatam nō sit locus ꝺetractōi: vt ꝺicto. §. hinc nobis. quia presumendū est q̄ tot alia es sent que nō apparent propter non cōfectum inuenta rium: que sufficiunt ad quartaz. Nec obstat si ꝺica tur q̄ predicti heredes vel aliqui ipsorum erant mino res. xxv. ānis tempore quo ꝺebebant inuētarium con ficere. ⁊ sic videtur q̄ fuerint excusati: vt in auᵗ. ꝺe he re. ⁊ falᶜ. §. pupillus. Et q̄ excusatio ꝺuret licꝫ postea fuerint maiores: iuxta no. per glo. C. ꝺe his quibus vt indig. l. minoribus. et in. l. j. C. in quibus cau. in integ. resti. non est necesse. quia ꝺicendum est q̄ nō fuerūt ex cusati ipso iure: imo penas mero iure incurrerūt: licet competeret eis restitu. in integ. vt ibi habetur in tex. ⁊ glo. Sed in casu nostro trāsactum est vt ꝺicitur tem pus restitutiōis petēde. ergo ꝛc. C. ꝺe tempo. in integ. resti. l. fi. cum sy. Super secundo clara est responsio. quia ꝺiuersum est inuentarium tutoris ab inuentario heredis. ⁊ in ꝺiuersis ⁊ sepatis nō est bona argumen tatio ꝺe vno ad aliud. ff. ꝺe calum. l. fi. ꝺe mino. l. papi anus exuli: ꝺ̄ ver. obliga. inter stipulātem. §. sacraz. ibi sed hec ꝺissimilia sunt ꝛc. Nam olim iure veteri di gestorum non erat inuēta cōfectio inuentarij heredis nec aliquid proderat: sed fuit inuenta per iustinianuz l. fi. C. ꝺe iure ꝺelib. Sed confectio inuentarij tutoris sic: vt l. tutor qui repertoriū: in prin. ff. ꝺe admini. tu to. licet hoc in casu nostro testator remiserit tutori cō fectionem inuentarij que sibi incumbebat quo ad cre ditores ⁊ legatarios ⁊ fideicō. ergo non fuit heres ex cusatus ab illa quo minus non cōficiendo perdiderit trebellianicam. ⁊ sic alienare non potuit vsq̄ ad eam.

Ettum ad tercium similiter clara est responsio q̄ nō intelligatur remissum ius fideicōmissi ꝓditionalis per ꝺictam sententiā que continet meram ⁊ simplicem ꝺi uisionem. vel posito q̄ cōtinet clausulam ⁊ promissio nem ꝺe non veniendo cōtra aꝺhuc iꝺem esset. vt. l. qui rome. §. ꝺuo fratres. ff. ꝺe ver. obliga. ꝑm cōmunē in tellectum q̄ ibi fuit male iuꝺicatū. Et ibi plene ꝑ bar. in ꝑma ⁊ secūda questione Etiam si fuerunt ꝺicti fra tres scientes ꝑm bar. licet Dy. cōtra quem bar. repre hendit multis ratōibus: ideo me vlterius nō extendo. quia clara sun. Laus ꝺeo.

Consiliū. CCXI.

Heres non conficiens inuentarium licet teneatur ad legata vltra vires: tamen potest ꝺeducere ꝺebitum propium sum. Et vtrum heres non conficiens inuē tarium possit ꝺeducere ꝺebitum suum aꝺuersus fideicōmissarium vniuersalem.

Nchristi noīe Amen.

Dubium facit in omnibus predictis quesitis: excepto vltimo. quia ista non cōfecit inuentariuz. Si enim cōfeciſſet nulli ꝺubiū esset q̄ omnia predicta pos set ꝺeducē aꝺuersus fideicōmissarios vniuersales. C. ꝺe iure ꝺelibe. l. fi. §. in computatōe. sicut posset ea pe tere a quolibet alio instituto herede. ar. aꝺ hanc ratio nem in. l. sequens questio. ff. ꝺe lega. ij. Sive ꝺicamus q̄ per aꝺitōem hereꝺitatis actio que primo competis set filie cōtra patrem fuisset cōfusa ne inueniretur ob ligata sibipī: iuxta no. in. l. frater a fratre in fine prime glo. magne. ff. ꝺ̄ condi. inꝺebi. Vel q̄ faciendo ꝺictas impensas nō potuerit sibipī contra seipam obligatio ⁊ actio oriri. quia vera essent ista q̄ꝫtum aꝺ effectum re tinendi cōtra predictos. l. in imponēda. ⁊ l. irritum. C. aꝺ l. falᶜ. Sive ꝺicamus q̄ facto inuentario fingatur quo aꝺ predicta hereditas nō fuisse aꝺita: sed iacens. ⁊ sic actio primo competēs contra ꝺefunctuz non sit cō fusa: sed ꝺuret cōtra hereditatem sicut ꝺuraret si aꝺi ta non fuisset. ⁊ etiam noua potuerit contra eam inci pere: ꝑm q̄ intelligere videtur bal. illum. §. in compu tatione. tam ibi q̄ꝫ in. l. ꝺebitorī. C. ꝺe pactᵗ. Nec potu it testator ꝓhibere ꝺetractōem legitime: sicut nec eam ꝺiminuere: in auᵗ. vt cum ꝺe ap. cog. §. ceteruz: iuncta l. quod ꝺe bonis. §. fi. ff. aꝺ l. falci. Et quod no. bal. i. l. si quādo. §. fi. C. ꝺe inoffi. testa. Verum quia nō cō fecit inuentarium: videtur secus ꝺicendum per illum eundem. §. in computatiōe a cōtrario sensu. Sed aꝺ uertendum est subtiliter ⁊ ꝺiligenter q̄ hoꝺie nō con fecto inuentario: remanemus in illis terminis in quib⁹ erramus olim ꝺe iure ꝺigestorum quo non fuit cogni ta cōfectio inuentarij: ⁊ etiaz in ꝺuriorībus q̄ꝫtum aꝺ legata ⁊ fideicōmissa particularia: quoniaz aꝺ ea non tenebaᵗ heres vltra vires hereditatis. ff. aꝺ trebel. l. j. §. is qui. cccc. in fi. Sed hoꝺie non cōfecto inuentario tenetur aꝺ ea insolidum etiam vltra vires: ⁊ sic ꝺe suo soluere. vt in auᵗ. ꝺe here. ⁊ falci. §. si ꝓpo non fecerit. ⁊ no. C. ꝺe iure ꝺelibe. l. fi. §. fi. per glo. Et sic hoꝺie iꝺez in eis q̄ in creditorībus quibus olim ⁊ hoꝺie tenetᵗ in solidum l. que ꝺotis. ff. solutᵗ. matrimo. C. ꝺe iure ꝺeli be. l. si te. licꝫ olim inter eos essz ꝺifferentia vt supra ꝺi xi. Nunc aꝺ ꝓpositum ꝺe iure veteri ꝺigestorum he res aꝺuersus creditores hereditarios nō potuisset ꝺe ducere verum ꝺebitum in quo ꝺefunctus sibi teneba tur. nec etiam legitimaz ꝺebitam iuᵗ. nature: nec fune ris impensaz: nec aliquid aliuꝺ si per talem ꝺeductio nem efficeretur: ne integra ipsorum credita conseque rentur: cum ꝺe propio teneretᵗ eis integraliter solue re. vnde frustratoria esset ꝺeductio si qꝺ̄ ꝺeductum es set per vnam manuz: per alteram postea re integran ꝺum esset: iuxta no. in sy. per ꝺoc. in auᵗ. sed cum testa torī. C. aꝺ. l. falci. Aꝺuersus ꝓpo legatarios et fideicō. particulares quibus olim nō tenebatur insolidum ꝺe ducebat ꝺicta. l. imponenda. et. l. irritum. Et similiter contra fideicommissum vniuersalem. ff. aꝺ trebel. ꝺe bitorī. ⁊ no. eo. ti. ita tamen. §. si ex trebel. in glo. j. Hoꝺie non cōfecto inuentario iꝺem quod olim in credito ribus quibus olim tenebatur insoliduz. In legatarijs ꝓpo ⁊ fideicōmissarijs ꝓticularibus que possunt trāscē ꝺere vires hereditarias in facto: licꝫ nō in iure. ff. ꝺe le. j. l. siquis testamēto. §. fi. Aliuꝺ olim: aliuꝺ hoꝺie: quo niam olim poterat ꝺeducere: hoꝺie nō confecto inuen tario: nō tamē equiparētur creditorībus hoꝺie vt eis insolidum teneatur. vnde est in eis eaꝺez ratio que in creditorībus. Sed in fideicōmissario vniuersali ꝺico esse iꝺem hoꝺie qꝺ̄ olim: vt aꝺuersus eum possint ista ꝺeduci. quia tale fideicōmissuz non fit nisi ꝺe propia hereditate vel eius quota. Et sic non potest trāscēꝺe re vires hereditarias sicut possunt transcēꝺere legata

particularia vnde etiã hodie nõ ꝓfecto inuentario nõ
potest heres teneri fideicõmissario vniuersali vltra id
qd̃ reperitur in hereditate licet singularib⁹ legatarijs
possit cum legata ꝓsistunt in maiori quãtitate q̃z pos-
sit redigi ex venditiõe rerũ corporaliũ hereditaria-
rũ. Cessat ḡ in vniuersali fideicõmissario illa ratio nõ
detrahẽdi predicta que adest in ꝑticularib⁹ legatis. ſ.
ne qd̃ ꝑ vnã manũ detrahit ꝑ aliã remittat qi nõ põt
hoc ꝓtingere in fideicõmissario vniuersali cui nõ põt
in plus teneri heres q̃z in bonis hereditarijs sic⁊ in illis
nõ dicitur esse nisi illud qd̃ supest ere alieno et funeris
impensa deductis l. pap. §. quoniam aũt quarta. ff. de
inoffi. testa. Nec talis deductio dicit fieri de ipsa here
ditate que est ius cum fiat de corporib⁹ que nõ possũt
ex iure deduci. ff. ad trebell. l. cogi. §. inde queritꝰ. Sed
dicit fieri de hereditarijs seu reb⁹ que nõ sunt hereditas. l. hereditas. ff. de peti. here. ideo nõ videt diminue-
re fideicom. quod principaliter ꝓsistit in ipsa heredita
te licet in ꝓsequentiam veniant ille res. Et ꝓpter ista
als dixi ꝓsulendo et dico q ꝓpter nõ confectionẽ in-
uentarij nõ ꝑdat heres ius deducendi legitimam debi
tam iure nature. Nec etiam verũ debitũ in quo defun
ctus sibi tenebat vel alteri cui ipse heres successit ꝓut
est in casu nostro. Nec expensas factas ꝑ eum in funẽ
que deduci solent vt es alienũ defuncti. vt in dicto. §.
quarta. et in. l. j. §. fi. ff. ad. l. fal. Nec aliq̃d aliud quod
ipse impendisset ꝑ soluẽdo creditorib⁹ hereditarijs et
legatarijs q̃m ista sunt onera ꝓtinẽtia ad fideicom. si
restitutio fideicommissi preueniret solutionem eorũ
l. fi. C. ad trebel. et. ff. e. l. q̃. cccc. ⁊. l. marcellus. Et vtro
biq̃z not. et in. l. is qui. et in. l. j. §. fi. in glo. vnde sicut si
fideicõmissarius fuisset directo institutus alius soluẽs
predicta posset ab eo repetere ꝑ actõem neg. gest. C. d̃
peti. here. l. fi. Ita si solum fuit institutus et illi de resti
tuendo grauatus põt aduersus eũ deducere sicut ⁊ q̃-
libet bonefidei possessor aduersus verum heredem. l. si
quid possessor. §. sed et ipi. ff. de peti. here. sicut ⁊ pote
rat olim de iure digestorꝝ cum ꝓpter non ꝓfectionem
inuentarij non in plus teneatur heres fideicõ. hodie
q̃z olim videlicet aliquid dare de suo vltra vires here-
ditarias. Sed solum id quod in hereditate repitur. ff.
ad trebel. l. in fideicõ. §. quotiens. Et nõ dicit reperi-
ri nisi id qd̃ sup est deductis ꝑdictis et illud tm̃ in effe-
ctu censet eẽ in fideicõ. e. ti. l. q̃ quadringẽta. versic. et
qd̃ heres: vbi casus non sic possunt ista deduci aduer-
sus legatarios singulares hodie quorũ legata possunt
transcẽdere vires hereditarias si ꝓsistũt in quãtitati-
bus vel corporib⁹ nõ hereditarijs cũ teneat illa cõple-
re et in solidũ soluere hodie licet olim nõ sic. Et istam
ꝓclusionem puto verissimã. Et semel vidi quoddã ꝓsi
lium do. rapha. fulgo. idem tenentis. Ex quib⁹ rema-
net responsum ad omnia quesita excepto vltimo. quia
ista filia fuit post suaꝝ mortem grauata onere fideicõ.
vniuersalis videlicet de dimidia omniũ bonorꝝ suorũ
dãda pauperib⁹. Et de altera dimidia dãda filijs ipi-
us filie licet non sub nomine hereditatis sed bonorum
l. nam quod. §. fi. cum. l. sequen. ff. ad trebel. et ꝑ bart.
in. l. si quis seruum. §. fi. ff. de leg. ij. ver. sed quero q̃d si
testatorꝰ instituit me ibi idem si rogatus sum restitue-
re medietatem bonorum vni medietatẽ alteri ꝛc. Et
sic poterat omnia predicta deducere q̃m si pauper et
eius filij fuissent heredes directo instituti: posset dicta
filia predicta omnia cõsequi ab eis ꝑ viam agendi fo-
rtius nunc ꝑ viam retinendi. arg. l. j. §. qd̃ ait de supfici.
iuncta. l. sequens questio. de leg. ij. in ratõne sui ibi q̃a
ea habitura eẽt ꝛc. Cõfectio nanq̃z inuentarij potius
incumbit fideicõmissario vniuersali: si nõ vult vltra vi
res hereditatis teneri cũ ad ipm̃ sint omnia onera he-
reditaria deuentura q̃z ad heredem a quo sunt affutu
ra. l. j. §. j. ff. ad trebel. iunctis his que no. ꝑ bar. in. l. in
tõne. §. quod vulgo. ad. l. falci. Ideo obmissio nõ no-
cet heredi nõ solũ in predictis in quib⁹ certat heres de
damno vitando. Sed nec in detractõne trebellianice
in qua certat de lucro ꝑm cõem sententiã doct. de qua
ꝑ bar. in. l. marcellus. ff. ad trebel. Et Jo. an. in addit.
speculi. de instru. edi. §. fi. licet bal. ꝓtra. in aut. sed cũ te
stator. Circa vltimũ quesitũ duplex occurrit inspe-
ctio. Prima est cũ dicta filia instituta ⁊ de restituen-
do grauata post eius mortẽ adhuc viuat et sic nõ ẽ lo-
cus restitutioni fiende quo tpe. ſ. cum restituit solet fi
eri deductio vtrũ ipsa possit nunc ꝓtra oẽs adire iu-
dicem et petere de dictis bonis quãtũ sufficiat ad om-
nia predicta sibi ꝓsignari: vt sic d̃ illo possit testari ⁊ fa
cere velle suum. Breuiter bal. determinat q̃ sic in. l. in
bemus. C. ad trebel. et de pac. l. debitori. dicens: q̃ de-
bebat fieri citato fideicõmissario. Et sic i casu nostro
citata filia huius filie ⁊ requisito episcopo vel eius vi-
cario tanq̃z patre pauperũ. l. nulli. C. de epis. ⁊ cle. ⁊ eti
am executorib⁹ testamenti. Sedo videndũ est quis
erit iudex ꝓpetens respondeo ptãs pad. q̃tum ad fili
am huius filie que sue subest iurisditioni. Sz etiã idẽ
videt q̃z tũ ad paupes q̃ sunt etiã layci licz quo ad eos
etiã eps sit ⁊ esse possit iudex ꝓut determinat bar. i ſ.
in. l. iij. ff. de alimẽ. et ciba. lega. versi. quero corã quib⁹
vt. l. cũ senatus. de reb. dub. et. l. semꝑ. §. quibusdam.
de iure immun. et glo. in cle. j. de relig. do. ⁊ bal. in aut.
Circa primũ q̃situ dicẽdũ ẽ testamentũ prãdictũ fore nullũ ꝓpter ꝓteritõꝝ dictoꝝ nepotũ. qr ꝓterito linee mat̃ne reddit hodie testm̃ nullũ qñ fit sine exp̃ssione cãe sicut olim reddebat ꝓterito pat̃na. vel linee. ꝓter. ĩ aut̃. vt cũ. de appe. cogno. §. aliud quo ꝙ capitulũ vbi dicit̃. ꝙ nõ licet parẽtibꝫ ꝓterire vel exheredare sine cã ꝛc. Et hoc exp̃sse tenet bar. ĩ. l. filio ꝓterito. ff. de iniusto testa. sup secunda parte. Et no. ĩ aut̃. de here. et fal. §. exheredatos. ꝑ glo. et hoc est clarum. Qtum ad secundũ respondet ꝙ clausula codicillaris opatur effectũ suũ qñ testamẽtũ ẽ nullũ ex causa ꝓteritionis: vt no. bar. in. l. j. ff. de iure codi. in quita questione reprobatis glosis que contrañ tenuerunt. et sic licet instituti non possint habere bona iure directo habebũt iure fideicõ. ff. de iniusto testa. l. posthumus. §. si paganus. 7. l. ex ea scriptura. §. fi. de testa. ad trebel. l. si quis prioꝛẽ cũ sy. Qtuꝝ ad terciũ quesitũ cum queritꝰ an due quarte possint detrahi: videlicet legitima 7 trebellianica. de legitima nõ est dubiũ cũ testatoꝛ nõ possit eã auferre filys etiam si instituat ad piã causã: vt in aut̃. si qua mulier. C. de sacrosanc. eccle. De trebellianica ꝛo qꝺ ad primũ institutũ cui fienda ẽ restitutio pure ꝙstat aduersus eum nõ posse detrahi vnacuꝝ legitima iuxta no. in. l. qꝺ qꝺ. C. ad. l. fal. 7 in. c. raynũcius. 7. c. raynaldus. de testa. Qtũ ꝛo ad hospitale cui fienda ẽ restitutio post mortẽ primi instituti mains ẽ dubiũ. Naꝝ questio ẽ antiqua 7 trutinata an ꝺ fideicõ. relicto ad piã causam detrahat̃ trebellianica. Et licet bar. teneat ꝙ nõ. in. l. marcellus. ff. ad trebel. 7 bal. idẽ ĩ. l. si quis ad declinãdã. de epi. 7 cle. tamẽ alij qꝺ plures cõtra: inter quos Jo. an. 7 archi. 7 de modernis doctoribus. D. frãciscus ꝺ rãpo. hoc cõsuluit dicẽs ꝙ fundamentũ bar. et alioꝝ tenentũ suam partẽ non ẽ bonum. qr dicunt ꝙ sicut in relictis ad pias causas cessat falcidia: vt in aut̃. similiter. C. ad. l. falci. et in corpore vnde sumit̃ ita debet cessare trebellianica. ꝑ dictã. l. marcellus. Nã dicit ipse ꝙ falcidia nõ cessat nisi quãdo heres ẽ in mora ꝓpter plectandã eius cõtumaciã: vt patet ĩ corpore aut̃. vnde dicta aut̃. sumitur: ita nec trebellianica debet cessare nisi ĩ casu more 7 contumacie heredis. Quicquid sit ꝑcerto intẽtum textuum fuit ꝙ trebellianica detrahat̃: vt patꝝ in. l. si quis ad declinandaꝝ. vbi dat̃ consilium ꝙ ad declinandã trebellianicaꝝ quis instituat paupes xpi directo. qr tunc nullus erit q̃ possit eã detrahere. nõ autẽ instituat aliquẽ specialẽ heredẽ 7 roget ipm de restituẽdo paupibus: qr tunc ille detraheret̃. 7 ad ß principaliter emanauit ꝙsiliũ illius. l. si bñ inspiciat̃. Unde videt̃ ibi casus ꝓtra bar. Hocidẽ voluit ĩ. c. si pater. de testa. li. vj. Et huic opi. possemus inhere re maxime cũ canoniste hoc teneãt. quibus in ß contra eos credendũ videtur. Uerum si partẽ alterã tenere volumꝰ: restat dubiũ vltimũ quod ẽ difficilius omnibꝫ supradictis. An videlicꝝ dicti nepotes debeant sibi computare in eoꝝ legitimã dotẽ maternam cum hic agat̃ de successione aui materni. Et in hoc dñs bar. ꝙsuluit ꝙ sic. Et idẽ firmauit in lectura sua in. l. in quarta. ff. ad. l. fal. Bal. vt ab eo audiui ĩ scolis semp̃ tenuit contrariũ. 7 dicebat se habuisse banc questionẽ cũ bar. 7 obtinuisse. 7 ita firmat ipe in. l. illam. C. de colla. fundamentuꝝ tamẽ baldi nõ placet. qr ipe fundat se ĩ hoc ꝙ nepotes sunt dñi dictedotis ex successiõe materna duduꝝ añꝙ auus moreret̃. vñ nõ possũt fieri dñi ex alia causa. nec sibi mutare causam dñi. Nam istud, pcederet eo casu quo dos fuisset donata filie. vel ex eo ꝙ filia fuit stipulata voluntate patris. vel pater ipsi filie simpl̃r vel sibi ĩ vnũ casum tm̃: tunc filia in dote p̃dicta haberet heredẽ. 7 pcederet dictũ baldi. qꝺ etiã ipse bar. fatet̃. Sꝫ si ponimus ꝙ dos nõ fuerit donata filie fundamentũ bal. nõ ꝓcedit. qr tunc filia nõ habet heredem ĩ dicta dote: vt. l. nupta. solu. matri. Et ĩ hoc casu loquit̃ bar. Breuiter in casu nostro cõsidero ꝙ hodie cõiter in instrumẽtis dotalibus quãdo pater dat dotez ꝑ filia stipulatur ipsi filie reddi. Si igit̃ instrm̃ dotis ꝺ qua loquimur stat isto mõ ꝙ pater stipulet̃ filie dotez restitui. Clarꝝ est etiã fm bar. ꝙ dos p̃dicta nõ ꝓputat̃ nepotibꝫ ĩ legitima quo ad successionẽ aui qr nõ haberẽt eam ab auo sed a matre ipsoꝝ. nec de patrimonio aui ß matris cui fuerit acq̃sita iure donatõis. Juxta ea q̃ no. bar. in. l. post dotẽ. solu. ma. in quarta q. iõ nõ deberet ꝓputari. l. fãcimus. §. repletionẽ. C. de inoffi. testa. Et ĩ hoc tã bar. qꝺ bal. cõcorꝺãt. test.

Si ꝙo ponamus q̄ pater nō fuerit stipulat⁹ filie sed simpliciter sibi aut filie quib⁹ casibus videt stipulatus ordine successiuo: vt no.bar.in.l.vxorez.§. testamento.de le.iij.z.l.post dotē.solu.matri.ī.iij. lectiōe. z sic nō possit dici dos filie donata. Tūc restat dubiū in quo bar.dicit esse computandū nepotib⁹ in legitimā. z fundamentū suū principale est hoc. q̄ dicti nepotes habent dictaz dotē principaliter ab ipso auo. Nā de iure cōi est vera opi.bul. q̄ dōiuz reuertitur ad auū nō obstāte q̄ ex filia remāserint nepotes. licz de consuetudine seruetur opinio Martini. q̄ remaneat apud nepotes. Consuetudo ḡ p̄dicta aufert ab auo. z euellit de suo patrimonio z tribuit nepotib⁹. Igit̄ ipi nepotes hñt īmediate ab ipso auo z ex eius patrimonio medītē dispositōe ꝙsuetudis q̄ eq̄pollet dispositōi ipsius aui. ar.l.si ob cām. de euic. ꝙiuncto dicto.§. repletōz. Certe p̄cat mihi reuerētia tāti viri fundamentū istud ē minus pfectū. Nā fateor q̄ habēt ab auo z ex p̄monio aui īmediate vt ipe dicit. Sed hoc nō sufficit. īmo requirit̄ aliud. videlicz q̄ nō habuerīt pfecte ī vita aui. ꝫ ꝙsequant̄ pfecte ī eius morte. Alīs ꝙo id q̄d pfecte filius ꝙsequit̄ a p̄te ī vita p̄is: ita q̄ alia mors patris nō sit necessaria nō computat̄ ī legitimā nisi sit expresse dictū. Hoc patet ī donatōe quā pater facit filio emācipato vel existenti ī potestate ꝓpter bñ merita. quibus casib⁹ statim valet. nō eīm computat̄ ī legitimā nisi sit dictuz: vt.l.si q̄ñ. C. de offi.testa. Et hoc etiā idē bar. tenet ī dicta.l.in quarta. z refert Accursiū sic fecisse. Et est rō. q̄ tunc statim exit z euellit̄ de p̄monio p̄is pfecte. ita q̄ tpe mortis in eo nō repit̄. Cōstat añt q̄ legitima ē tercia ps eius q̄d repitur tpe mortis. l. cum querit̄. C. de inoffi.testa. et no.in.l.j. C. de inoffi.dona. ḡ illud quod nō repit̄ ī patrimonio tēpore mortis sed euulsū p̄ donatōem validā nō ꝙputat̄ ī legitimā. Secus est in dote z donatione ꝓpter nuptias nō donatis illis. Et si dicatur patrimoniū filioz: nō tamē penit⁹ exiuerunt de patrimonio patris ꝓpter cōi onē quā pater habet in eis. z spem quā habet recuperādi a mortua filia. merito mortuo p̄ie viuente filia debet ipa filia ī legitimā sibi ꝙputare. q̄ reperit eaz adhuc ī p̄monio patris. Et idē in nepote ex filia de iure cōi si nō esset cōsuetudo que disponit apud nepotes remanere. z iste ē casus in.l.q̄ñ nouella. que in q̄stū de nepotib⁹ loquit̄ intelligit̄ attēta dispositōe iuris cōis p̄m quā dos mortua filia statim debuit restitui p̄i. Et sic eo postea morīēte reperit̄ ī eius p̄monio. Et ita ꝓcedūt oēs rōes bar. Sz p̄supposita ꝙsuetudine q̄ statim mortua filia tribuit dotē predictā nepotib⁹ pfecte dictū suū z determinatō nō ꝓcedit. q̄ statim z dudū añ mortē aui effecti fuerunt dicti nepotes dñi dicte dotis pfecte non ex successione mris: vt dicit bal. q̄ dos ipa nūq̄ pfecte fuit mris ex q̄ nō erat donata. ideo ī ea nō habuit heredē. ꝫ ex cōsuetudine p̄dicta. Et idcirco nō debet dictis nepotibus ī legitimā ꝙputari q̄ ad successiōz. aui ī cui⁹ p̄monio tpe mortis nō fuit repta: sicut nec cōputaret̄ donatio eis facta nisi fuisset dictū. Et ista opi. videt̄ mihi ipa veritas quicq̄d bar. dicat vt concludamus q̄ siue pater p̄dictus stipulatus fuit ī p̄dictā dotē restitui filie nō ꝙputet̄ ipis nepotib⁹ ī legitimaz etiam p̄m opi. bar. siue nō fuerit eā stipulatus illi adhuc nō cōputetur per rōnes supratactas: quicq̄d bar. dicit substinēdo ī hoc opi. doctoris mei qui semp et vbiq̄ ꝙtrari⁹ fuit eidē bar. ī ꝫ passu. p aliud tñ fundamētū vt dixi. Cōio eīm inter patrē z filiā durat in tali dote quousq̄ viuit filia. sed ea mortua cū filijs dissoluit. ꝓpter dictā ꝙsuetudinē q̄ dictā dotem aufert auo. z tribuit nepotibus ex eodē matrimonio. Et sic nō reperitur ī patrimonio aui tpe mortis: ꝫ ꝛc.

Consilium.CCLII.

Ad idem.

In christi noie Amen

Visis z pōderatis oībus supradictis abbre uiādo ꝟba. dico q̄ iste laurētius pōt añ ptē reducere q̄ntitatē sibi adiudicatā p arbitros tāq̄ heredi matris sue. q̄ illā nō habet necesse sibi ꝙputare in legitimā cū illa dudū añ mortē aui sibi deberet tāq̄ heredi matris sue. z sic nō fuit repta ī bonis aui tpe mortis eius. et postq̄ habuit vt heres matris nō debet sibi mutare z incipe habere vt heres aui. ita plene ꝙputādo tenet bal. C. de colla. l. illā repbēdēdo bar. ī l. in quarta. ff. ad. l. fal. in penul. colum. qui videt determinare contrariū. Et audiui ab eo q̄ istā questiō nē habuit cū bar. sed reuera nō sunt contrarij si bene inspiciant: q̄ bar. loquit̄ eo casu quo nepos ex filia habet dotē matris p̄mortue: nō vt heres sue matris. sed ex cōsuetudine. de qua no. in. l. dos a patre. C. solu. ma. vt q̄ñ filia erat in p̄tate. et dos erat pfecticia: nō donata filie in aliquē casum: ita q̄ de iure cōi debebat ad patrē reuerti. Sed consuetudo aufert patri eidemq̄ auo z dat nepoti. tunc eīm habet nepos post mortē matris nō vt heres eius: nec ab ea: sed immediate ab alio cui cōsuetudo abstulit z deo debz sibi cōputare cū venit ad successionē auitā tanq̄ pfectū ex suba aui. Et ī hoc casu loquit̄ consiliū bar. de quo supra fit mētio. z illud q̄d ipse no. ī dicta.l. i q̄rta. in vlti. vel penul. colum. ff. ad. l. fal. Sed quando nepos haberet vt heres filie vt contingit q̄ñ filia esset emancipata vel alio modo sui iuris effecta: vt est in casu nostro virtute statuti pisani mulier nupta. et sic potest habere heredē ab intestato in tali dote. pfecticia seu etiā ī p̄tate tū pater fuisset stipulat⁹ i vnuz casum puta nō existentiū liberorum. et sic in aliū cōtrariū casum censetur donasse filie. z tunc nepos ex filia venit vt heres sue matris. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pact. dota. z no. bar. in. l. post dotē. ff. solu. matri. in quarta questione. z in. l. si cū dotem. in prin. co. ti. Et isto casu licet filia si viueret haberet sibi ilegitimā cōputare: q̄ñ habuit īmediate ab illo de cui⁹ successione agit̄. An cū nepos ex eo habeat eodē mō sibi cōputare cū tractat̄ de successione aui a quo immediate nō habuit. bar. ī dicta. l. in quarta relinq̄t indecisū dicēs se als dictuz. Rationes añt bal. ī l. illā: vbi multū mordaciter repbēdit bar. vendicāt sibi locuz omnes ī isto casu vnde bar. nō meruit repbendi. q̄ videt̄ sensisse idē quod bal. videlicet vt nō habeat cōputare p̄dicta rōne. z etiam alijs ibi notatis p eum. Cum ergo ista filia esset sui iuris. et sic iste laurentius habet vt heres eius: z ita fuit sibi adincata sine dubio nō habet cōputare in legitimaz quo ad hereditatē aui. z sic ante etiam potest deducere. l. imponēda. C. ad. l. fal. Et residuū bonoz debet dīi in tres partes equales. Et quilibet instituto⁹ debet habere terciā. put testator ordīauit. Si ḡ facta deductione remanēt in bonis ponamus mille oci ingēta quilibet habet sexcēta. Nūc ergo videndū ē q̄ testator mādauit vt dictus laurētius imputaret sibi in suā legitimā totā dotē dataz p ipsum matri ipsius laurentij etiam quicquid vltra illam dederat secundo viro in supplementū. Et etiam omne id quod ex successione mris ꝙsequeret̄ q̄ ex substātia ipi⁹ testatoris p̄cessisset quid operat̄ hoc mandatū. Nā si sit validū z intelligatur put sonat. s. q̄. ꝙputet nihil fore te reperiet se habere d̄ bonis que tempore mortis reliquit testator. quod sic ostenditur. Nā si bona que

tunc tempore mortis habebat: valebant mille octingenta legitima ipsius laurentij ascēdebat ad sexcentū. 7 si fuisset institutus in vno nummo. 7 haberet sibi computare omnia p̄dicta legitimā repiretur habere plusq̄ sibi deberet p legitima. 7 sic nil posset petere ꝺ residuo: immo totum esset coheredū suoruꝫ. facit quod no. in l. iij. §. sed vtrū. ff. de minori. Idem ergo erit hic: licet fuerit institutus in tercia parte omniuꝫ bonorū que tēpore mortis haberet. nā videtur voluisse testator p illa verba q̄ nihil tangat nisi quatenꝰ computatis omnibus p̄dictis esset necessariū p supplemēto legitime facta cōputatione legitime ꝑm q̄ntitatē bonoꝝ tempore mortis existentiū. 7 q̄ residuum sit cohereduꝫ. ar. l. peto. in prin. ff. de le. ij. Si ꝙo intelligātur hoc modo q̄ computet sibi in legitimā. l. q̄ conferat coheredibus dictas dotes: quod videtur magis tolerabile eo quia computatioꝝ tunc locum esset quando esset institutus in minori pte q̄s legitima esset sed hic fuit institutus ī integra legitima. s. in quarta pte omniū bonoꝝ que testatoꝝ haberet tēpore mortis: vñ nō p̄t esse locus computatōi que tendit ad supplendū qꝺ deficit. ff. de inoffi. testa. l. si nō latōni que tendit ad augendū totū patrimoniū. 7 sic portiones omniū 7 singuloꝝ heredum. Nec est nouum vt vnum verbum vel vocabulū interdū ponatur ꝑ altero: vt. l. veteres. ff. de acti. emp. de condi. et demon. l. eas causas. Et tunc idē sequetur effectus licet ꝑ alium modū. nam ꝑm precedentē sensum si laberetur sibi cōputare predicta haberet illud in quo rentius fuisset institutus. 7 etiam predicta integra posito q̄ fuisset institutus. 7 etiam predicta integra posito q̄ transcēderent supplementū legitime. et nihil de illis teneretur cōmunicare coheredibꝫ. sed tenēdo q̄ hoc verbū imputare ponat in casu nostro ꝑ ꝓferre tunc debebit habere terciā bonoꝝ que repta sunt tempore mortis 7 terciam omniū predictoꝝ que conferenda sunt. Relique due tercie conferende essent coheredibus: 7 sic tanto minus accipiet de bonis repertis tempore mortis quantū est illud qꝺ habet ꝑ heredibus ꝓferre. de colla. l. dotis quidez. in fine. Breuiter neutrum istoꝝ fiendū est. quia preceptuꝫ dicti testatoris nihil valet. 7 fuit fatuū. 7 ab impito consiliū habuit. Cum em̄ p̄dictus testatoꝝ in p̄cedenti capitulo testamēti fuerit ꝓfessus se rehabuisse dictā dotē post mortē patris dicti laurētij. 7 ipsam de disse secū do viro cū argumēto. 7 sic nō esse nec remānsisse apud dictū laurentiū. que fatuitas fuit q̄ ipe mandauerit dicto laurētio vt ipsam totā ꝓputet sibi in legitimā qualitercūq̄ em̄ accipiat illud verbū sustineri nō ꝑ test. qꝛ illud nihil est in suba veluti ventū vel chimera quod esse nō debet. de regu. iur. cū quid vna. iūcta l. omnimodo. 7 l. qm̄ ī priorib. C. de inof. testa. ꝑ hoc optime. ff. ad. l. fal. l. paterfamilias filiā. in princi. vbi nō seruat p̄ceptū testatoris q̄ filia cōputet sibi ī q̄rtā dotē que erat extra patrimoniū. facit qꝺ no. cy. C. de iure do. in fi. l. ij. Potuisset autē p̄cedere ꝑ babili ter dubitatio si prefata domina bartholomea prede cessisset in primo mr̄imonio 7 sic remānsisset dos apud primū virum ꝓpter dictū laurentium vigore consuetudinis. de qua in dicta. l. dos a patre. Et isto casu loquit disputatio que fuit inter Bar. et bal. de qua in locis supra allegatis. Et in qua breuiter est concludendū q̄ si dictus laurentius veniret ad dictam dotem nō vt heres matris sue: sed tm̄ vigore consuetudinis. quod esset si dicta domina bartholomea fuisset in p̄is sui p̄tate. Et dicta dos nō fuisset sibi dota. q: pater eius nō fuisset stipulatus reddi mulieri in dictū casum existentiū liberoꝝ vel expresse vel tacite stipulādo sibi ī casu liberoꝝ nō existentiū. Juxta no. ꝑ bar. in. l. post dotē. solu. mr̄i. in quarta qōne. 7 tunc seruanda esset opi. bar q̄ deberet sibi imputare sicut imputaret ipsa mater si viueret. q: tunc haberet immediate ab auo a quo consuetudo aufert statī mortua filia. 7 tribuit nepoti: vt no. bar. in dic. l. ī quarta. ad. l. fal. in vlt̄. colum. Et hoc etiā si auus p̄dictꝰ nihil de hoc dixisset ī suo testamento. Si ꝙo veniat vt heres sue mr̄is. qꝺ ē in casu nostro vbi filia fuit effecta sui iuris statim q̄ fuit maritata. 7 sic actio ꝺ dote nō fuit cōis inter patrē 7 filiā sed solius filie: vt. l. j. §. videamus. C. de rei vxo. acti. Et sic de iure cōi nō debuisset redire ad patrē soluto matrimonio p mortē viri. ß ad ipsā filiā. ergo ecōtra soluto matrimōio p mortē vxoris nō habet locū ratio bar. videlicet vt cōsuetudo auferat ab auo cū ad eum de iure nō esset reditura filia supstite. Unde etiā nulla existēte consuetudine de iure cōi veniret de filia ad nepotē tanq̄ eius heredē. Et isto casu seruāda esset opi. bal. notata in dicta. l. illā. C. de collati. cū omnes sue ratōes tendāt ad hunc casum: videlicet vt dictus nepos nō habeat sibi imputare in legitimā cū tractat de successione aui: licet ipa dña bartholomea si viueret deberet sibi imputare cū ipa repiat se tunc hīe immediate a suo p̄e. Nepos ꝙo non. ß ab ipa filia mr̄eq̄ sua cui primo loco facta fuit acquisitio. Et sic illa argumentatō de qua supra in pūcto p̄mittit nō est bona: videlicet ipa domia bartholomea si viueret deberet sibi computare: vt. l. quoniā nouella. C. de inoffi. testa. ergo 7 filius eius 7 heres. Nam hoc nō sequitur duplici rōne. Primo q: in casu nostro si viueret dña bartholomea haberet penes se dotē. Ideo non grauaret si eā sibi imputaret: ß iste nepos nō habꝫ imo restituit dotē datā patri suo. g̃ non dictat eq̄tas q̄ sibi ip̄utet. Secūda q: dicta dña bartholomea si viueret hīet immediate a suo patre. et sic esset pfecticia: vt. l. pfecticia. in fi. ff. de iure doti. Sed hic nepos ex ea posito q̄ nō haberet īmediate ab auo sed a sua matre vt heres eius. ergo nō debet sibi vt heredi aui computare. q: censet aduenticia nō pfecticia Nec est mir̄ q̄ interdū ꝓcedat heredi qꝺ nō concedit defuncto. 7 q̄ sit interdū meliozis conditōnis: vt patet. ff. ad. l. fal. l. repitur. 7 de enic. i. si ꝑ imprudentiam. §. nō minus. Et isto casu dico q̄ etiā interueniēte iussu testatoris nō tenet dictus nepos ꝓputare sibi ī legitimā positq̄ de iure cōi nō teneret imputare nō interueniēte iussu. ar. l. p̄ filiā: ad. l. fal. q: dos in dicto casu nō eēt ī dispositōe ipi aui. nec posset eaꝫ auferre nepoti sicut nec filie si nō fuit a principio sibi stipulat. Sꝫ si posset mādare q̄ sibi ꝓputaret vl̄ q̄ ꝓferret ꝑ indirectū sibi auferret aut dotē aut legitimā. l. si debitor. ad. l. fal. Sed neutꝝ facere pōt: ergo ꝛc. Per qꝺ patet nō obstare leges que dicūt interdū de cōferēdis ex mādato exp̄sso. qꝺ alꝰ nō ꝓferret. s. facto testamēto. q: loquunt in his q̄ testator pōt auferre vel nō dare. hic nō sic. Cū igit nō sum de p̄senti in dicto casu q̄ ista p̄deceserit ī primo matrimonio. Et q̄ dos primi matrimonij sit apud dictū nepotē nulla subest pbabilis dubitatō an teneat dotē totam datā suo p̄i conferre vl̄ imputare. ideo dicendū ē q̄ nō vt dixi. Posset tamē pbabiliter dubitari de quantitate que fuit eidē laurentio adiudicata de dote secundi matrimonij: videlicet de dimidia vtꝝ illā sibi debeat imputare cū illā habeat 7 testator ex exp̄sse mandauit. Ad quod dicenduꝫ est q̄ nō rōnibꝰ supradictis. qm̄ illā habet vt heres sue matris. 7 testatoꝝ nō potuit sibi auferre. Et si dicat immo nō potuit hīe vt heres mr̄is cū p̄ id ēq̄s auus fuit stipulatus eā sibi restitui soluto mr̄imonio. 7 quatenus fuit restitutū de dicta dote debet esse cōmune omniū heredum. l. j. §. j. ff. ꝺ iure do. Respondeo ex-

quo habuit ab heredibus primi viri: videt nec secda successisse in locū prime. et si prima erat tenēnta ad ipsum tanq̄ ad heredē quod mihi nō constat. q̄ nō vidi instrumentū prime dotis an in illo pater sibi fuerit stipulatus vel nō. vnde si nō fuit stipulatus. 7 sic quentura erat ad ipsum nepotē tanq̄ ad heredē similiter 7 hec secūda que loco illius successit: vt. l. q̄nis. C. de rei vxo. act. Preterea semel adiudicata fuit sibi tāq̄ heredi sue matris. 7 a laudo nō fuit reclamatū. Et sic assēsisse videt. C. de postu. l. j. Preterea 7 si p̄dicta cessarent attēto q̄ subest alia filia testatoris que habet dotē videt q̄ iste laurētius debeat habere eā precipuaz excluso extraneo coherede. p. l. fi. C. cōia vtriusq̄ iudicij. Concludendo ḡ dico dictū laurentiū debere habere p̄cipuā illā quantitatē sibi p laudū adiudicatā. Itē tercio in pte oīm alioz bonoz que tēpore mortis erāt dicti testatoris facta deducte. Itē q̄ mandatū testatoris q̄ debeat sibi iputare totā dotē datā suo p̄ri nihil valz. 7 q̄ nihil de dicta prima vel secda teneat imputare vel ꝓferre.

Consilium. CCLIII.

Testator habens masculū 7 quatuor feminas masculū instituit i legitima feminis fecit certa legata.

Queritur quāta sit legitia dicti masculi stāte statuto q̄ extātibus masculis ꝛc. vtz sit semis an autē triēs

Et sic queritur vtz femina excluſa a statuto cōnumeret i numero liberoz ad imponēdū rōem legitie.

Scdo posito q̄ numeret. et sic legitima masculi sit semis. Queritur vtz in isto semisse ꝓnumerētur legata facta filiabus ita q̄ ille faciant partē masculo i dicto semisse vsq̄ ad valorē legatoz.

In christi noie Amen

Sup primo p̄cto quāta sit legitima istius masculi. An semis an triēs totius hereditatis. nō multū intēdo insistere. q̄ supuacuū esset cū vtraq̄ ps in hoc ꝓcordat q̄ sit semis. Licet i contrariū faciat. q̄a parēs nō teneat filiabus relinquere legitimā q̄n extāt masculi sed solis masculis. Igit videt attēdend⁹ dūtaxat numerus masculoz quib debet legitima. non aūt vident ꝓputāde femine quib nō debet. q̄ videtur hāi vt extranee. Sed respōderi pōt q̄ licet nō teneat relinquere femis. hoc tn̄ non fuit introductū p statutū in fauorē patris sed filiorum masculoz. Igit nō debet inducere patris releuamen. quod esset si trientem dumtaxat teneretur relinquere masculo non computatis feminis si nō essent excluse tenerētur inter omnes relinquere semissem. quod facere nō cogitarunt statuētes sed solum masculis prouidere. Igitur operetur ipsorum tn̄ masculorum prouisionem videlicet vt semissem quem inter omnes tenētur relinquere de iure cōmuni relinquat masculis tn̄ sic eīm saluabitur mens statuti. arg. ad hoc. ff. de minorib. l. iij. §. sed vtrum. post prin. iuncta. l. seruo alieno. §. testator. et. l. si cui. §. penul. et fi. de le. j. de le. iij. fideicō. §. interdum. de colla. bonorū. l. ij. §. si duo. de his quibus vt indig. l. post legatū. §. amittere. de litigiosis. l. fi. 7 qō no. bar. i. l. vxorē. §. heres. ff. de le. iij. Ex quib oībus apparet legē sic interpretandā esse vt illi ꝑsit cui statuens ꝓdesse voluit. nō illi cui nō voluit. hoc aūt statutū parētibus ꝓuidere noluit vt diri. nō ergo releuent parētes ex feminaz exclusione: vt dicto. §. sed vtruz. Et si hoc erit necessario sequeret q̄ legitima istius masculi erit semis. s. partim suo iure. 7 ex ꝑsona sua partim tanq̄ ablata feminis p statutūz applicata sibi. nō dico iure accrescēdi de iure cōi sed p tacitā adiudicationē resultantē ex dicto statuto inter que est longa differēntia: sicut patet i duobus coheredibus vel collegatarijs ꝓiunctis. q̄ si alter alteri substitutus est p testatorē venire potest ex dicta substitutione. 7 repudiare ex iure accrescendi 7 ecōtra. ff. de acqui. here. si quis heres. 7 ibi no. 7. l. si tu ex parte. Et sic patet q̄ sūt vie diuerse. nā ius accrescēdi penit ex lege. xij. tab. et de portōe deficiēte. Nec ꝓ applicatio ꝓuenit a statuto et de portione nō deficiente sed ablata feminis. Et sic quācunq̄ partē teneamus vel illā q̄ i legitima locuz habeat ius accrescēdi. p. l. sine patronus. als sine libertus. §. duobus. ff. de in repatro. 7 de bo. lib. l. cōi liberto: siue illam q̄ nō habeat locū. quam tenet bar. p. l. 7 pculo. de le. §. Adhuc vez sit dicere dicto masculo deberi portōes legitime que deberent femis q̄ iure cōi postq̄ p statutuz sunt excluse ipsius masculi fauore p iam dicta.

His igit premissis descendo ad secundū dubium sup quo vertit de p̄senti disceptatio inter partes videlicet an i dicto semisse masculo ꝓ legitima ꝓputetur legata facta filiabus vt sic tn̄ masculo diminuat 7 dicte filie faciāt i illo partes masculo. Et videt q̄ nō. primo q̄ masculus censet p dictū statutū subrogatus i portiōes dictaz filiaz: vt supra dixi. 7 sic loco ipsaz debet in portionibus illaz haberi. ff. ad trebell. qui quadringēta. si quis cau. l. eū qui. §. qui iniu riarū. cū sy. Sed si femine nō fuissent excluse p statutū debuissent habere portiones earū sine aliquo onere de dicto semisse. seu dictus semis debuisset omnibus filijs masculis 7 femis relinqui sine aliquo onere inger quo ad ꝓprietatē 7 vsufructū: vt in aut. nouiss. ma. C. de inoffi. testa. Et in coꝛ. vnde sumit. et. l. q̄n in prioribꝫ. Igit eodē modo videt nūc debere relinqui soli masculo integer semis. 7 in nullo diminutus Preterea si filie nō essent excluse p statutū nō potuisset parens disponere nisi de vno semisse p libito voluntatis: vt dicit in aut. de trien. 7 semiss. post prin. p. vnā colum. statutū ꝓo excludens feminas nō censet parentibus dare maiorē potestatē q̄ prius haberet de iure cōmuni cū non sit factum fauore parentum: vt supra dixi in primo puncto. Sed si diceremus dicta legata cōputari: sequeret oppositū q̄ parēs nō soluz de vno semisse posset disponere sed etiā de alio debito ꝓ legitima. q̄ cū sit debitus masculo tn̄ propter statutū excludens feminas: vt supra dixi: poterit de ipso disponere etiaz in feminas. quod nō videtur facere posse. ar. ff. de adop. l. si erogator. §. sed an impuberi. i fi. q̄ statutū oparet vltra mentē statuentiū. Preterea si dicta legata cōputarent masculo q̄ dicte femine haberent ꝓ mortuis et non cōputarent i numero. q̄ tūc haberet integz triente q̄ q̄ ꝓputent ad finē vt habeat semissē postq̄ ipsuz semissem habet cōicare cū feminis. 7 sic paz potent sibi remanere: cuius tamē cōtrariuz patet ex bis que dixi primo loco. Et sup primo passu. quia in fauorē masculi. 7 ad hoc vt maior sit legitima eius videlicz earum portione substitutus censetur ex forma statuti. sed tenendo q̄ legata facta feminis cōputent i dicto semisse redundabit in odiū masculi. q̄ō esse nō debet. ar. de q̄ fauore. Sic ḡ videt ex p̄dictis q̄ legata facta dictis feminis censeant facta de alio semisse de quo testatrix potuit disponere sicut si facta fuissent ꝑsonis extraneis q̄ nō habeāt i aliquo diminuere de semisse debito ꝓ legitima. Breuit bis nō obstantibus dico ꝓtrariū tali ratōne. nā siue dicamus portiones feminaz de dicto semisse accrescere masculo tāq̄ defectas ꝓpter statutū excludēs feminas extāte masculo siue dicamus ad masculū debere deuenire nō tāq̄ defectas. sed tanq̄ ablatas feminis: et applicatas

sibi ꝑm ea q̃. ſ. dixi. Neutꝛ tñ iſtoꝝ dici põt niſi eo caſu q̃ filie ꝑ ſtatutũ excludũt ⁊ q̃ten⁹ excludũt. De primo ꝓz quia ius accreſcendi locũ non hꝫ niſi ī poꝛtionib⁹ oĩno ꝺeficientib⁹ iuxta plene no. in. l. hmõi. §. ſi ticio. ff. ꝺe le. j. ⁊ ꝺe iur. iur. ſi duo. in ꝓin. De ſcꝺo patet qꝛ quod applicaꝛ vni ꝑ ablatõem ab altero nõ põt applicari niſi q̃ ⁊ quatenus ab altero auferꝛ ar. l. nec vtilem in fi. ff. quib⁹ ex cau. maio. ⁊ ꝺe acq̃rend. poſ. ſi me in vacuam. Sed per ſtatutũ ꝺe quo loquitur filie non excludũtur extante maſculo niſi cum voluntatem patris non habẽt in aliquo ⁊ tunc eẽnt ꝺe ꝓcederẽt ſupra in cõtrariũ allegata. ſ. qꝛ maſculus haberet integrũ ſemiſſem ꝓtim tanq̃ ſubſtitutus in poꝛtionib⁹ feminaꝝ. Cum ꝛo volũtatem parẽtis habẽt tunc non excludũtur a ſtatuto: immo ꝓmittiꝛ ꝑ ipm eis relinqui ⁊ quo ad id q̃ꝺ eis relinquiꝛ. ꝓin ⁊ ꝺe cenſendum ẽ ac ſi dictum ſtatutũ non eẽt in reruꝫ natura cum caſus in quo feminas excludere intendit non extet. ſ. q̃ parens ꝺeceſſerit inteſtatus ⁊ nil eis relinquerit. Sed extat caſus in quo non intẽdit excludere ſeꝫ qꝛ ꝺeceſſit teſtatus et eis reliquit. Unde ſumus in terminis iur. cõis ⁊ in caſu ī quo a ſtatuto nulla eſt inducta excluſio. Non g̃ poteſt dici poꝛtiones ei non põt maſculum ad eas quoquo modo venire ſeꝫ ꝑius accreſcẽdi aut ꝑ ſubrogatõem. Nec põt cõqueri maſculus quia ſtatutum hoc caſu ſibi non ꝓuiꝺet. §. poti⁹ gꝛas agere. quia ꝓuiꝺet in caſu. quo nil aufert maſculo in hoc caſu ꝙ feminas in ſuo iure conſeruat. Et q̃ ꝓdicta ꝺeterminatio ſit vera ꝓbatur ꝑ auctoritatẽ Bal. qui videt in ſi. hoc ꝺeterminare in l. pater filium. ff. ꝺe inoffi. teſt. in vltima carta. ℣. vlterius quero. hoc ſuꝑpoſito ibi. ſed ſi eſſet talis exheredatus ℟. vbi ꝺeterminat q̃ lꝫ exheredatus habeatur ꝑ mortuo ⁊ non computet in numero vt augeat ſũmam. ⁊ faciat eam trãſire ꝺe triente ad ſemiſſem ſ̃ ẽ verum q̃ ſibi relictum ẽ alꝫ ꝺicit ipm facere numerũ ⁊ ꝓtẽ ſi non repuꝺiat. ⁊ allegat glo. ma. in auct. ꝺe triente ⁊ ſemiſ. poſt ꝓin. ꝓ vnam colũ. ſuꝑ ℣bo octauiuncium que videt caſum noſtrũ ꝺeterminare voluiſſe. Per que patet reſponſio ad ꝓimũ ar. factum in contrariũ. quia ꝓceꝺeret filiab⁹ excluſis oĩno ꝑ ſtatutum. Sed hic non ſunt excluſe q̃ eis relinquitur. Et ſi ꝺicatur cenſetur eis relictum vt extraneis: Reſponꝺetur non eſſe verũ. qꝛ ſtatutuꝫ ꝓmittens eis reliqui cenſet voluiſſe q̃ relinquaꝝ vt filiab⁹ ar. ff. ꝺe vſu ⁊ habi. l. plenum. §. equicq̃. ꝺe iniuſto teſta. ſi q̀s ob. ſtipulatio iſta. §. hi qui. et ꝑ conſequẽs cenſet voluiſſe q̃ relictum factum eis in ltĩma computet. l. oĩ modo. C. ꝺe inoffi. teſta. Item non ob. ar. ſecũdo loco factum in contrariũ. quia etiam ſtãte ſuꝑꝺicta ꝺeterminatione non ꝺicit parens hẽre poteſtatẽ ꝺiſponendi niſi ꝺe vno ſemiſſe ꝑ libito volũtatis ⁊ ī quoſcunq̃. Ꝺe altero ꝛo ſemiſſe non ꝺicit ꝺiſponere ꝑ libito voluntatis cum ſolum inter filios ⁊ filias. arg. C. ꝺe ſecũdis nup. l. femine. vbi mulier q̃ ꝺ lucris habitis a primo marito non põt ꝺiſponere ſ̃ tenet reb⁹ ex ꝓimo matrimonio ꝺiſponere. facit. C. ꝺe fideicõ. l. voluntatis. ⁊ patet clarius qꝛ ⁊ ſi non eſſet dictũ ſtatutum poſſet ꝺiuiꝺere ſemiſſeꝫ vnũ inter liberos eq̃liter lꝫ ler eis ꝺet ⁊ ꝺe altero ꝺiſponere in quoſcũq̃: ꝑ in ꝺicta auc. ꝺe trien. ⁊ ſemiſ. §. j. Statutum autẽ ſ̃ facit vt illuꝫ ſemiſſem quem inter liberos ꝺiuiꝺere poterat ⁊ tenebaꝝ poſſit ſoli maſculo relinquere ſi ſ̃ vult vt q̃ nil vult relinquere filiab⁹ ⁊ in hoc recedit a iure cõi. Si ꝛo non vult totum relinquere maſculo ſ̃ etiam filiab⁹ tũc ſtatutum reſeruat parentem in ſtatu iuris cõis vt poſſit vnũ trientem equaliꝫ ꝺiſtribuere inter filios ⁊ filias ſicut poterat ante ſtatutum factum. non ergo ſequiꝫ ex ꝺeterminatione ſuꝑꝺicta aliquod incõueniens vel iuri contrariuꝫ nec aliq̃ poteſtas ſibi parenti reſultat vltra quã ꝓius habẽt immo illa quam habebat ſibi reſeruaꝝ ⁊ ſolum eo caſu quo nil vult relinquere filiab⁹ ꝺaꝝ ſibi ꝑtãs maioꝝ q̃ a iure cõi haberet non q̃ vult filiab⁹ relinquere. Item non ob. vltimũ ar. ſ. q̃ vtilius eſſet huic maſculo habere trientẽ totius hereꝺitatis ſine onere q̃ ſemiſſem cũ ꝺicto onere. quia nõ ſequiꝫ ꝓpterea q̃ ꝺictum ſemiſſeꝫ ꝺebeat habere integrũ ⁊ ſine onere. nã etiam ſibi eſſet vtilius quo ad hoc q̃ ꝺicte femine ñ eſſent nate tñ exq̃ nate ſunt non poteſt conqueri. q̃a inculparet naturam. l. maximũ vitiuꝫ. C. ꝺe libe. ꝑte. Et ſi ꝺicatur interꝓretatio hec q̃ filie in hoc caſu faciant numerum fit in fauoꝛem maſculi: ergo ꝺebet taliter fieri: q̃ ſibi proſit et ſic q̃ non faciant ſecum partem. Reſpondeo verum eſt eo caſu quo ſtatutum voluit fauere maſculo in ꝑiuꝺicium feminarum vt quãꝺo feminis nil relniquiꝫ: ꝫ q̃ ꝓuiꝺere noluit vt eſt cum relinquiꝫ eis tunc faciunt numeꝝ ad commodum eaꝝ quatenus eis relictum eſt uſq̃ ad poꝛtionem tangentẽ quãlibet eoꝝ ꝺe ꝺicto ſemiſſe nõ aũt ad cõmoꝺum maſculi ⁊ ſic ceſſat ꝺicta argumẽtatio que modici valoꝛis ẽ. Cõcluꝺo g̃ legata facta ꝺictis filiabus computari in ꝺicto ſemiſſe ꝺebito ꝓ legitima ꝺummoꝺo nulli earũ ſit relictum vltra poꝛtõez tangentem quãlibet eaꝝ ꝺ ꝺicto ſemiſſe ltĩmam qui poteſt venire ꝑm voluntatẽ ꝺefuncti ⁊ ꝑm ipam ſperare nego ꝙſequẽtiam. qꝛ alia eſt rõ in filiab⁹. alia in extraneo. nam filie habẽt ſpem ꝺe ꝓpinquo extrane⁹ nullam vel valde remotam iuxta no. ꝑ Bar. l. is põt. ff. ꝺe acquiren. here. l. q̃ ſeruis. ff. ꝺe condi. ob cau. l. qui rome. §. ꝺuo fratres. ꝑ Barto. ff. ꝺe verb. ob. Et maſculus qui vult legitimã tranſire ꝺe triente ad ſemiſſem ꝓpter feminas habet neceſſario fateri ꝺe ipis haberi conſideratõnem vt ꝺe filiab⁹ ⁊ ñ vt ꝺe extraneis. ⁊ ſi ꝺicat pars eaꝝ mihi ꝺebet: Reſpondet hoc eẽ verum quãꝺo ſunt excluſe. ſed hic non ſũt excluſe ergo ℟. Exiſtis puto ſatiſfactum queſitis quãta ſit legitima vtꝫ ſemiſ. vel trient. quãta ſit poꝛtio filij et filiaꝝ an poſſit auferre aliq̃ꝺ a filiabus ⁊ legata computentur in legitima. l. quoniaꝫ nouella. C. ꝺe inoffi. teſtamento.

Conſilium. CCLIIII.

Ad idem.

In christi noie Amen

Qm̃ fũdamẽtũ b⁹ articuli ꝙſiſtit vt ih videt in eo q̃ ꝺicit text. in. l. paꝑ. §. qm̃ aũt. ꝺe inoffi. teſta. vicz q̃ ltĩma ẽ poꝛtio ei⁹ q̃ ꝺebet ab inteſtato. ⁊ ſic hodie vel tercia totius vel ꝺimiꝺia totius ꝑm nũerũ liberoꝝ hẽditatis ꝺebite int oẽs ꝺiuiꝺẽda equaliter vt i auc. nouiſſima. Jõ ꝑ pleniꝛem examine puto cõſiꝺerandos quatuoꝛ caſus. Nã interꝺũ aliq̃s filiꝰ excluꝺit ꝑ legẽ tã a ſucceſſiõe teſtati q̃ inteſtati. Jnꝺm a ſucceſſione inteſtati non teſtati. Jnterꝺum a neutra excluꝺitur per legẽ. ſ̃ ꝑ teſtõrem exheredando ⁊ ſic ꝑ teſtm̃ vel ꝑ ſeipm filiũ renũciando vel ꝺelinquẽꝺo taliter q̃ ltĩma ꝓmaneat. Jnꝺm excluꝺit ñ ꝺico ꝑ teſtm̃ ſ̃ ꝓpt teſtm̃ q̃ ſi fẽtm ñ eẽt ab inteſtato admitteret vt in fre inſtituta nõ turpi ꝑſona. Prio caſu ſine ꝺubio ñ ꝙputat in nũero ſ̃ habet ꝑ mortuo. et inꝺe ꝺiſponit ꝺe ltĩma ac ſi nõ eẽt in reꝝ natura. Et ſic ꝑm numerum liberoꝝ alioꝝ remanentiũ vt in

dēportato et effecto fratre minore.l.j.§.fi. dē contra tab.z.l.si necesse.§.si dēportatis.dē bo.li.z not.in.d. auc.nouissima.p Guil.z Bal.Cū enim nulla portio sibi dēbeat ab intestato vēz est dicere q nulla ltīma fuit sibi dēlata tpe mortis testōris ꝫ nō pōt dici q accrescat fratrib⁹.qr ius accrescēdi p̄supponit q quoq; modo sit portio dēlata ab aliqua dispōne vel de facto vt in p̄ non scripto quod saltem a testōre dēferr lz de facto vel de iure vt in caduco vel quasi qđ a p̄n cipio tenuit ꝫ ex post facto annihilar ceteruz portio que a testatore nullo mō fuisset dēlata nō pōt dici q accrescat in p̄ticulari successione vt si vnam p̄tez fr di alicui relinqueret altera nulli relicta nō accrescēt non sic in vniuersali ne contingat incōueniens.l.j.§. si ex fundo.dē bere.institu.Sic dico in portionibus que dēferūtur a lege qr in illa tm̄ que quoquo modo fuit a lege dēlata locum dēbet hr̄e ius accrescēdi nō in illa que nullo mō.Sed tali incapaci nullo mō dē lata fuit.Ergo si vnus de quinq; filijs sit deportat⁹ vel frater minor non pōt dici q dimidia sit semis et q quinta portio que illū tāgeret accrescat ꝫ erit tri ens ac si ille non esset in rer natura. Eodē mō si vn⁹ ex quatuor vel trib⁹ esset talis ceteri non habebūt in tegrū trientem p ius accrescendi. Sed iure suo ac si soli existerent z eis solis totus trien dēlatus eēt z sic p āmonitionē obstaculi z cōcursus. Idem si vnus d̄ ex esset talis ceteri habebūt integrū semisse3 iure suo Secūdū casum q ē magis dubitabil z est casus nost reseruo in fine vt melius declarē. In tercio casu di co q computar in numero q̄tum ad hūc finē vt sci atur an ltīma sit trien vel semis.nō q̄tum ad hoc vt capiat quia ꝓponit excl⁹us. Et sua portio tāq; de fecta alteri accrescit.nam a lege dēlata fuit ꝫ p testa torem ablata vel p renūciationē exp̄ssam vel tacitam iō ꝓprie dici pōt q accrescat diuersimode.tamē nā si quidē est exclusus p exheredatōem tūc cum princi paliter fiat in odium exheredati z secūdario i fauorē instituti apud quem voluit sine dubio remanere qđ exheredato auferebat distinguendū erit. Aut alij fi lij sūt instituti vniuersal r z tūc portio remāebit apd eos non ex eo q filij sed ex eo q instituti. Aut nō fue runt instituti vniuersal r ꝫ in certa re.z sic babēt agē ad supplementū z tunc portio exheredati nō applica bit eis ꝫ instituto p̄m dēterminatōem Bar.in.l.pat filium.in quarta.q.quam verissimam puto.nō tamē p illam rōnem q in ltīma non ha beat locū ius accre scendi vt statim dicam. Sed ex eo q exheredati se cundario facta dicit in cōmodū instituti.z qr sic p̄su mit voluisse testōr.z sic non ꝓprie habebit institut⁹ ex iure accrescendi ꝫ virtute vniuersalis institutiōis que trahit ad oē id quod alteri assignatum non fuit z sic ad portōem exheredati. Sic̄o sit exclusus repu diatione vel dēlicto z sic facto suo dico indistincte fra trib⁹ accrescere siue sint instituti vniuersal r siue p̄ti cular.qr in ltīma locum hz ius accrescendi quicq̄d dicat Bart.p.l.siue patronus al's siue libertus.§.ex duob⁹.ff.dē iure patro.z dē bonis libe.l.cōi liberto.ī q̄b⁹ ē ꝫ exp̄ssū i ltīma p̄tioni. Idē forti⁹ i ltīma filij q̄ ē magl dēbita vt no.ī.l.si legatū.ff.d̄ fal.z ꝫ qñ dēficit ipo iure p repudiatōz secus si ope exceptōnis: vt.l.si duo in prin.z ibi no.ff.dē iur.iur.Nec ob.l.z ꝓculo. ff.dē le.q.quia ibi non erāt coniūcti in dēlatōne ꝓmo di sed in dn̄io serui cui legabat z sic non bn̄ vidētur allegari q sint coniūcti coniūctōne legali ꝫ ī casu no stro oēs filij sunt coniūcti in dēlatōne ltīme que fit a lege dēfert em̄ vtlrientē vel semissem oibus simil eq̄ liter inter eos dividēdos vt in auct.nouissima. et sic sunt coniūcti verbis legis que coniūctio non dēbz mi nus opari q̄ verbalis cuniūctio testōris ad inducen dum ius accrescēdi.vn̄ in hoc sequor Dy.z Ja.bu. z bal.nō bar. In quarto casu principali qñ qs ex cludit ꝓpter testm̄ notandū q lz fratri dēbeat here ditas fraterna ab intestato non tm̄ dēbet sibi ltīma: nisi sit factū testamentū z turpis p̄sona sit instituti si cut z alqs venientibus ab intestato dēbet hereditas ab intestato z tm̄ non dēbet ltīma.nam illi quib⁹ debe tur nisi relinquat possunt querelare. Isti vo nō p̄nt ꝫ eis non dēbet. Si ergo frater instituat non turpez p̄sonam fratrē p̄tereat z matri aliquid relinquat fra ter excludit ex eo q factum ē testm̄ z qr turpis p̄so na non fuit instituta nūq̄ sibi fuit ltīma dēlata ꝫ nō pōt dici q accrescat matri p theoricam supra data z in hoc sequor opi.Bar.Sed puto q inde habe atur ac si dicto fratri nunq̄ fuisset dēbita ab intesta to sed soli matri ex quo frat repitur totaliter exclus⁹ Et sic ltīma matris erit tercia totius ac si tota here ditas fuisset ab intestato sibi dēbita z sic iudicari de bet ac si cā intestati fuisset eo modo quo cā testati in hoc sequor opi.Ja.bu.z Bal.in auc.nouissima.cir ca finem.Aliud em̄ est qñ excluditur filius cui debet ltīma.Aliud qñ alius veniens ab intestato cui debet nam potior dz esse conditio alterius concurrētis se cum.s.matris cui dēbebat ltīma vt p exclusionē illi⁹ censeat tota hereditas sibi fuisse dēbita vt sic habe at terciam totius. Restat em̄ expedire secundum casum.s.quādo filie excludūtur p legem ab intestato non succedūt extante masculo nec etiam p̄terite p̄nt dicere testamentū nullū iuxta no.p Bar.in.l.ij.§.vi dēdum ad tercu.z p bal.in.l.maximū vitium circa fi nem.Sed ex testō cape possunt in quo dubitatur an tales filie computent in numero vt sciamus an legi tima masculor sit trien vel semis.Et videt q sic qr ista non ē tanta exclusio quāta est illa de qua dixi in primo articulo z sic non pōt dici q habeat ꝫ mortu is ex quo p̄nt ex testamēto cape.vnde sufficit q extēt lz ab intestato nō succedant vt sic tamē filie faciant numer ar.l.filius.§.cum qs.ff.dē le.j. Item qr exclu duntur fauore masculor quor interest vt faciāt nu merum non tm̄ admittant vt sic masculi habeant se missem ergo talis interptatio fienda est ar.ff.locati. si merces in prin.coniūcta.l.seruo alieno.§.si testōr. dē le.j.dē le.iij.fideicom.§.interdum. Vel pōt dici: q si nihil eis relinquat habeātur ꝓ mortuis qr q̄ ad eas intestati obitum fecisse videt. Unde cum ab in testato excludantur hoc casu ꝓ mortuis habeantur secus si aliquid eis relinquat etiam minimū. qr cū ex testamēto admittantur non possunt dici haberi pro mortuis exquo aliquid eis est relictuz z acceptaēvo lunt quod videt attētasse Bal.sed nō firmat in di cta auc.nouissima in fi. Breuiter his non obstantib⁹ credo q legitima dicto casu sit trien postq̄ ei semi ne ab intestato non succedunt cū masculis nulla de betur eis ltīma que ē portio portōis ab intestato de bite vt.d.l.papi.§.qm̄ autē.de inoffi.testa. Et patet quia non rumpūt p̄terite vt no.Bar.in.l.ij.§.vide dum ad tercul.qđ facerent si deberet eis ltīma ad ꝫ de contratab.l.si post mortem. §.liberi. Igitur tāq; extranee nō comput tant in numero filior quib⁹ de bet ltīma. Et quib⁹ oibus simul defert equalr inter eos dividenda. Cum em̄ lex repiat eas extra debitū ltīme non dēfert eis ꝫ masculis ꝫ p̄m numer⁹ masc lor quib⁹ defert nō p̄m numer⁹ oīm quib⁹ oibus nō defert dispō em̄ legalis relata ad masculos debet in telligi et limitari p̄m numerum eorum.ar.l.plenum go potest dici q portio semissis filiarū accrescat ma §.equicq.de vsu et habi.de le.iij.l.cū filie.Non er sculis cum nulla portio fuerit dēlata eo quia tempo re delationis id est mortis reperiuntur tales quibus nil debetur ab intestato ergo lex sibi legitimam non detulit ergo nō potest dici deficere et accrescere vt

supra dictum est. Nec ob. q ex testamēto sunt capaces. nam 7 penitus extranei sunt capaces 7 tamē non faciunt numer inter filios. nam ltīma non regulatur a causa testati sed a causa intestati sicut ius rumpēdi quod a debito legitime causaf. ff. de contratab. l. j. secundo respon. C. de libe. pte. l. maximū. ℣. sanctim⁹. Item non ob. q gra masculor sunt excluse. quia sequitur q in successione intestati non tamē seant numer ad cōmodum masculor videlicet vt faciant deberi semissem omnib eis 7 postea portiōem eaz masculis accrescere. Nescio em videre vnde ista cōsequētia descendat q̄nimmo nullū inconueniens ē dicere ß potius iuri consonū est q sicut masculi ß volunt p se. s. vt femine secum non concurrāt in successione intestati sed habeātur vt extranee penitus 7 q eis solis tota hereditas deferat. ita 7 teneant aliō recipe contra se quod ex illo necessario descendit videlicet vt postq̄ß non computātur in numero vno respectu non computentur etiam alio vt vitet variatio. l. in cause. ff. de pcura. 7 contrarietas in quaz incurrent masculi contrarium dicēdo. Et quia q̄ vult vnum p se 7 aliud sibi annexum 7 necessario inde descendens teneat recipe contra se vt no. ff. de posi. lu. l. j. §. j. ad. l. falci. Cū ergo p statutum femine excludā tur ab intestato 7 redacte sint ad instar extranearum ius cōe de ipsis in delatōe ltīme nūq̄ß cogitasse cēsef. Sz solū de masculis qb debef hereditas ergo ipsis solis defert ergo p̄m eor numer tm̄. Preterea non debent masculi petere seu postulare vt femine cōputent in numero p se cū contrarū non essent postulaturi contra se ar. l. si 7 rem 7 pcium. de peti. heredi. de solu. l. j. Nec possunt cōqueri masculi de hac interpōtatōne sicut nec possent conqueri si femine non cēsef de semisse ad trientem. Naz 7 nūc p mortuis habentur ciuiliter que ciuilis mors equipatur naturali l. gallus. §. 7 quid si tm̄. 7. d. l. j. §. fi. de contratab. Et sicut nec de grauamine legis non p̄t conqueri dicti masculi: de grauamine nature. ff. de verb. sig. si q̄ pena maxime quia ex hoc grauamine q habeātur pro mortuis sentiunt cōmodum in successione intestati. compēsent ergo cum eo hoc incōmodū scz q ex hoc restringaf ltīma ad trientē p̄m numer masculor. ff. de aqua plu. ar. l. j. §. fi. ibi compēsareq̄ ꝛc. de publica. l. cotez. §. qui maximos. de iur. iur. eum qui. Nec ob. qd in diuersis effectib admitti potest variatio. l. pap. §. fz nec impuberis. ff. de inoffi. testa. q ibi vtraq̄ pars variationis poterat esse simul vera. nam pupillaris substitutio vere est testamētū patris respectu ordinatōnis q ipse ordinauit. 7 sic respectu cause efficientis. Item vere ē testamētum filij respectu effectus seu successionis. quia p eam filio succedit 7 non patri. l. patris 7 filij cōiuncta. l. coheredi. §. cum filie de vul. 7 pupil. Bene ergo potest pupillaris substitutus vtrūq̄ allegare in diuersis instantijs ad diuersos effectus. quia non ē sibi contrarius sed filias cōputari i numero 7 non computari. ista sūt cōtraria. vñ si eligat eas non computari p se tenetur hoc idē recipe contra se vt supra dictum ē qd ē sustentabili⁹ de iure q̄ß dicere q possit vtrūq̄ dicere 7 sibi cōtrariari 7 maxime quia vt dixi non possunt dicere se ex hoc grauari quia nō auferf eis aliqd ius quod vnq̄ß fuerit eis datum. sed potius impeditur q non deferatur id est q non deferatur semis ß triens p̄m eor numer ar. l. qui antē. ff. que in frau. credito. Predicta in successione matris ß cum tractaf de successione p̄is aliter dicerem. Nam filie non totaliter excludūf a bonis paternis ꝓpter masculos. Sed debēt dotari. nō ergo pōt dici q habeantur p mortuis seu extraneis ß q portio eis debita ab intestato redacta sit ad dotem. 7 si quid vltra sit totum ptineat ad masculos. iuxta no. in. l. sanctimus. C. de nup. sicut igif hoc est in tota portione intestati cum testm̄ factū non est ita dici debet in portōne ipsius portionis. i. in ltīma si factū est testm̄. ff. de rei vēn. l. que de tota cum sy. Ex hoc dico q facto testō 7 institutis masculis vel extraneis vniuersaliter lz femine sint p̄terite non rumpūt exquo a successione repellūtur tñ faciunt numer vt faciāt legitimam inter oēs cē dimidiaz si sunt vltra quatuor qua dimidia inter oēs equaliter diuisa tam masculos q̄ß feminas videbif an portio tangens feminis sufficiat ad dotem vel non. Et si sufficit in dotem computatur si dos non est tāta quanta est portio ltīme residuum accrescet masculis sicut residuū totius debite portionis ab intestato cum statutū velit eas contētari dote. Si ℣o non sufficiat vtplurimū cōtingit ꝑm consuetudinem loci 7 qualitatis psonarum tūc q̄tenus deficeret ad dotem deberet extrahi de altera dimidia hereditatis non autē deberet aliqd detrahi d portōne ltīme debite masculis ne statutū factū i eor fauorem opetur eor odiuz. Et sic si extrane⁹ cēt institutus vniuersaliter cedet hoc in eius grauamē vel in grauamen fideicōmissarij vniuersalis si filij sint instituti 7 grauati vel in grauamine legatarior quod est conuenientius q̄ß si in grauamen masculor q tractant de damno vitando 7 illi d iure. l. fi. §. licentia. C. de libe. de codicill'. l. fi. Non sic est cum agif d successione matris que nō tenēf dotare filias. 7 sic ab ea successione filie sunt penitus excluse ab intestato. igitur concludendo dico q non computent in numero filior vt faciant ltīmam esse semissem vt dictum est Et hanc ptem tenendo oia plane procedere 7 sine involutionib. Vel si tenere vellemus in casu nro filias p̄dictas in numero computari 7 sic q ltīma omnium sit semis totius hereditatis dico q iste semis non ptinet totus ad masculum vt ipse petit tūc em̄ possz a quolibet legatario diminuere p rata. Sed dico q in eo debet computari legatum factum filiab 7 q̄tenus est vltra ptinet ad masculos: qd sic ꝓbo si masculus vult q computētur in numero 7 q portōnes ltīme ptinentes ad illas accrescat ipis masculis nec habet dicere q dicte portiones fuerunt illis filiabus delate. sed ipse repudiasse censent vt sic sit locus iuri accrescendi als si dicerent non delatas non habēt locum ius accrescendi ꝑm ea que in principio dixi. sed hoc q videantur repudiasse non pōt dicere: misi qm̄ eis nil fuisset relictum. 7 sic eēnt excluse tam ab intestato q̄ß ex testamento. Sed postq̄ß est eis relictum vt acceptant p repudiantibus haberi non possunt quatenus relictum. est ergo illud non accrescit masculo quia non pfecte deficit. l. si duo. in principio de iur. iur. iuncta. l. q repudiantis. de inoffi. testō. Et si dicatur dictum legatum censetur eis factum vt extraneis 7 non pro legitima eis debebatur 7 sic d altera dimidia non de illa que debetur masculo pro legitima. Respondeo q immo vt filiabus non vt extrāneis ar. ff. de excu. tu. l. tutor. §. que tutorib. in fi. de castren. pecu. l. dotem in fi. extra d testa. req̄siti. Itē pro ltīma ad quam 7 si ex forma statuti non teneret tenebatur tñ de iure cōi. exquo vt dixi ꝓponim⁹ q ius cōe eis deferat per consequens defert eam vt debitam. 7 si ita est potius censetur mater legasse p eo ad quod tenebatur saltem de iure cōi. et de iure nature q̄ß gratis. Et pro eo ad quod non tenebatur. ff. de dona. inter vi. 7 vxo. l. ß si vir lana in prin. 7 ibi no. in prima glosa de leg. iij. vxorem. §. pater naturalis. de peti. here. l. fi. l. si cū dotem. §. si pater. solu. matri.

Jtem si dicat̃ lz ius cõe deferat filiabꝫ ltĩmam tñ̃ i eo tem instanti eos priuat ꝛ ipam totam attribuit ma sculo ꝓpter dispõnem statuti igit̃ non debet eẽ in arbitrio matris ipsam masculo auferre ꝛ dare feminis. ar. C. de secũ. nup. auc. lucrum hoc. Sed rñdeo verũ est ꝙ eodem momento quo defert eas priuat et masculo attribuit si reperit eas priuatas etiã a mr̃e. Sz si non repit hoc non facit. Pro cuius euidẽtia consi dero ꝙ ltĩma deferr̃ tpe mortis ꝛ non prius cuz post nullum ius habeat filius. l. j. §. sed impuberi de collabo. ꝛ no. in auc. si qua mulier. de epi. ꝛ cle. Eodẽ autẽ momẽto mortis cõcurrit dispositio testatricis attribuens ꝛ etiam dispositio legis sil̃r attribuẽs. Priuatio aũt necessario sequi debet cũ habitus debeat ꝑcedere. l. x. de ver. ob. cedat. Preterea statutuz ꝑmittit matri ꝙ possit quoquo relicti titulis relinquere filiabus si vult ergo dz intelligi scz ꝺ illa dimidia que est debita ꝑ ltĩma non de altera. quia nullum habẽt dubium. l. j. in fi. ff. ad munici. fuit ergo intentio statuti: ꝙ femine non possent ltĩmam petere cõtra volũtatẽ matris vel ꝑter. Sed si ipa mater vellet eis relinquẽ posset ꝛ sic ꝙ relinquit̃ eis in dicto semisse computatur alꝫ supflua fuisset ꝑmissio relinquẽdi quam facit statutum. Cõcludo ꝙ dicta legata deducenda eẽ de semisse debito ꝑ ltĩma. residuũ ad masculuz ꝑtinere.

Consilium. CCLV.

Mater an habeat ltĩmam in bonis que ꝓuenerũt filio ab auo paterno. Et si pater instituit filiũ in dimidia hereditatis et nepotes ex altero filio in altera dimidia ꝛ oẽs invicem substituit An intelligãt̃ facte hoc casu due reciproce vna inter nepotes tñ̃ altera inter ñepotes ꝛ filium ita ꝙ si ambo nepotes moriãt̃ mr̃ eoꝝ excludat̃ etiaz a legitima. ꝛ an reciproca ꝙtineat pupillarẽ ꝛ quã. et an reciproca excludat mr̃z.

Casus sequentis ꝙsilij.

Bartholomeꝰ de fossalõga decessit supstite odorico eiꝰ filio ltĩmo ꝛ naturali maiore annis. xxx. ꝛ supstitib matheo ꝛ leonardo eꝰ nepotib ex filio ꝑmortuo ꝙdito priꝰ ꝙ ipm bartholomeũ testõr̃ ꝙ dictũ eꝰ filiũ ꝑ dimidia et dictos eiꝰ nepotes ꝑ alia dimidia pupillos sibi vniuersales hẽdes instituit ꝛc. Postea dicti mattheꝰ ꝛ leonardꝰ nepotes dicti berthi decesserũt i pupillari etate supstite bertha eoꝝ mr̃e ꝛ dicto odorico eoꝝ patruo mõ dicta bertha petit ltĩmam. quer̃it̃ quid iuris.

